

Dissertationem Theologico-Polemicam, Qua Doctrinam, De Satisfactione Christi Pro Impoenitentia Finali Praestita, Progressus In Infinitum Iure Non Accusari, Et Oppositam Illi Hypothesin Per Distinctionem Legis Operum Et Legis Fidei Non Defendi, Nec A Particularismi Suspensione Vindicari Posse, Evincitur

Rostochii: Officina Röseniana, 1756

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn840894821>

Druck Freier  Zugang





a. B.
48. b. 31.

55

428

Fa 1092 (55.)

- 21., Quistorp, de fide Dei opere, Joann. 6. 29.
- 22., de Marie, de explicatione Joann. 14. 23.
- 23., Hartmann, de Jesu Nazareno vero Messia.
- 24., Mangel, de significatione vocis Susdaimonia in Novo Testamen-
to ad illustranda loca Act. 17. 22. c. 25. 19.
- 25., Pries, de non consumatis partibus Veteris Testamenti ex Epist.
ad Hebr. 11. 39. 40.
- 26., Sasse, de Christo, et sacerdote et victima in omnium salutem.
- 27., Raempfer, de modo praedicationis paulinae. 1 Cor. 2. 4. 5.
- 28., Quistorp, de Judaeis corde compunctis. Act. 2. 37.
- 29., Carpon, de Jonae visionibus etc.
- 30., Hartmann de vaticinio Simeonis. Luc. 2. 34. 35.
- 31., Riederer, Ein überaus seltsam Reformationswunder.
- 32., Riederer, Anhang zu dem Reformationswunder.
- 33., Engel, de rationibus consequentiae immediae.
- 34., Mayohl, de angelorum corpore proprio.
- 35., de dono Spiritus Sancti. etc.
- 36., Vittenzwey, anti-blanchiana.
- 37., Heinius, de auctore et causa stragis Aegyptiorum tempore Ege-
chiae Judaeorum regis ad Illustrationem Jesaiae c. 37. 36.
- 38., Reuß, de gratia Spiritus Sancti applicatae in genere.
- 39., Nahmmacher, de introductione in septem epistolas catholicas
lectio tertia.

DISSERTATIONEM THEOLOGICO-POLEMICAM,
QVA
DOCTRINAM,
DE
SATISFACTIONE CHRISTI
PRO IMPOENITENTIA FINALI PRAESTITA,
PROGRESSVS IN INFINITVM
IVRE NON ACCVSARI,
ET
OPPOSITAM ILLI HYPOTHESIN
PER DISTINCTIONEM
LEGIS OPERVM ET LEGIS FIDEI NON DEFENDI,
NEC
A PARTICVLARISMI SVSPICIONE VINDICARI
POSSE, EVINCITVR.

DEO CLEMENTISSIME FORTVNANTE,
CONSENTIENTE FACVLTATE THEOLOGICA,
IN ACADEMIA VARNIACA,
DIE IX. OCTOBRIS MDCCLVI. H. L. Q. C.
IN AVDITORIO MAIORI,
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT
PRAESES
IOACHIM HARTMANN
PHIL. ET S. S. THEOL. DOCT. CONSIST. DVC. MECL. CONSIL.
ET DIOECES. MECL. SVPERINTENDENS
ET RESPONDENS
MATTHIAS MVSSAEVS
NEO-BVCOVIENSIS S. S. THEOL. STUDIOS.

ROSTOCHII,
EX OFFICINA RÖSENIANA.

DISSERTATIONEM THEOLOGICAM

DOCTRINAM

DE SATISFACTIOE CHRISTI

PRO IMPROBENTIA FINALI PRÆSTITA
PROGRESSVS IN INFINITUM

LIBRE NON ACCURAT

ET OPOSITAM ILLI HYPOTHESISIN

PER DISTINCTIONEM

LEGIS OPERVM ET LEGIS FIDEI NON DEPENDI

A PARTICULARISMI SVSPICIONE VINDICARI

AVGUSTI EVANGELISTÆ

DEO CLEMENTISSIMO FORIVMANTE

CONSENTIENTE FACULTATE THEOLOGICA

IN ACADEMIA VARNIAÇA

UIE XX OCTOBRI MDCCCLXXII

IN AVTHORIO MAIORI

PUBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

PARSES

IOACHIM HARTMANN

PHIL ET S THEOL DOCT CONSIST DOC MEDIC CONSIL

II LUGDI MEDIC SVBSCRIBENS

ET RESPONDENS


MATTHIAS MYSSEVVS

MEDICVS SVBSCRIBENS S THEOL SVDIO

00-00-00-00-00-00-00-00-00-00-00-00

ROSTOCKI

IN OFFICINA ROSENMANNA



IESU SALVATORE VNIVERSI BENIGNIS.
SIME DIRIGENTE.

INGRESSVS.

Finitis disputationibus, pro impenitentia finali praestitam satisfactionem vindicantibus, et argumentorum, pro adversa sententia adhibitorum, defensione rejecta, supersunt aliqua, quae propugnandae verae sententiae inserviunt, et oppositae hypothesis fundamenta diruunt. *Veriori* enim Doctrinae *objectatum* est, quod *progressus in infinitum* vitia adoptet: adversa autem pars distinctione inter *Legem operum* et *legem fidei*, in *doctrina de Satisfactione Redemptoris in vanum* applicata, praesidium aliquod parare tentavit: eoque constituto *Particularismi suspicionem* evitari posse sibi persuasit. De his itaque pauca adhuc pen-

A 2

tan-



tanda veniunt: quibus quidem ponderatis tandem finita haec erit controversia! Faxit Benignissimus Salvator, ut, quæ hunc in finem dicturi sumus, ita dicantur, ut satisfactionis, pro quibuscunque hujus seculi, viæ, vitæque, etiam in ultimo hujus vitæ periculo peractis, peccatis, præstitæ celebratio maneat et illustratio, laboribusque nostris clementissime benedicat.

S. I.

Postquam Cel. CARPOVIVS, quantum fieri poterat, optima pro firmandis argumentis suis proposuerat, ad quæ Pr. Pent. Disp. 3. et Schediasmate respondimus, deinde etiam illa elidere conatus est, quæ adversus oppositum sententiæ meæ progressum in infinitum disputavi Disp. Inaug. §. XXXIX. Ante omnia in eo laborat, ut progressum in infinitum distincte, pro sua mente, evolvat, quam ad nauseam usque omnino expositam repetitamque satis legas in *Spec. IX. §. 9. &c.* Mentem bene capio. Argumentum contra mecum sentientes adsero esse nullum. *Primo*, quid sibi velit, dum mihi plus simplici vice objicit, mea S. R. ENGESTROEMIO mutuassee dubium, ignoro. Dubium enim a Cel. CARPOVIO obmotum repello. S. R. ENGESTROEMII adversus ipsum scripta ne nunc quidem oblata sunt mihi. Specimen IX. ad quod provocat Vir Cel. aliquot mensibus post editam *Diff. inaug.* meam demum prodiit. Quomodo itaque mutuare potuerim judicet, quisque volet. Interim si mutuatum sit, quid hoc ad rem? Nonne Cel. CARPOVIO placuit mutuare argumenta, non vnum, sed plura, a MOLINÆO et *Doctoribus Reformatis*? Secundo, *progressus* in infinitum mihi oppositus describitur ita: *finaliter infidelis non adprehendit (incredulitate A.) satisfactionem pro transgressione legis operum: pro ea tamen incredulitate A satisfactio data est: Ea non adprehenditur (incredulitate B.): propter hanc itaque damnandus foret infidelis: pro ea vero vel satisfactum est vel non: Si hoc; habetur ea incredulitas finalis,*



lis, pro qua satisfactum negatur: Si illud; eam satisfactionem non adprehendit infidelis incredulitate C. &c, in infinitum. Dixi, ultra duas priores incredulitatis determinationes non ascendi, sed quæ dicitur tertia C. esse ipsam secundam B. et sic porro. Contrarium me doceri vult Vir Cel. per *Judæ Dialogum Spec. IX. §. 12. fictum*, vbi Judas ad judicium de damnatione sua, propter non adprehensam satisfactionem A. pro transgressione legis operum præstitam, provocat ad satisfactionem B. pro incredulitate illa finali A præstitam, & refutatus per incredulitatem B, provocat ad satisfactionem C: refellitur per incredulitatem C, provocat ad satisfactionem D: refellitur per incredulitatem D. &c. in infinitum. Ego vero in his omnino video sexcenties repetendas et repetitas easdem propositiones numero A. B. C &c. diversas, rem ipsam, quam exprimunt, diversam, præterquam in prima et secunda (sub *hypothesi* admittæ divisionis satisfactionis in eam, quæ est pro transgressione legis operum et legis fidei) non deprehendo. Judas enim cum millies repetit: pro sua incredulitate finali esse satisfactum, quamnam, quaeso, respicit incredulitatem? sane non aliam, atque illam, quam habuit in vita, quaque rejecit satisfactionem pro transgressione legis fidei, in qualibet quidem propositione repetitam, sed semper eandem. Cum itaque, quotiescunque recinit cantilenam, non possit aliam in mente habere; mille propositionibus novi nihil dicit, quin propositionum objectum habeat semper idem: et si novi quid imaginatur, imaginatur propter novam solo numero diversam propositionem, hinc per fraudem ortam, ex cognitione symbolica. Unica est incredulitas obiective in partes duas diuisa. Et propter unicam incredulitatem, qua tota satisfactio rejicitur, damnatur infidelis, quia impossibile hic est, factum alienum imputari, non posito consensu, et satisfactionem imputari, non posita fide. loh. III. 16. 18. Ita terminus cito adest, progressus in infinitum, nisi in sola propositionum, nihil novi ponentium, infinita repetitione, nullus. Porro 2) *Judam Spec. IX. §. 12. progressum in infinitum molientem, claudicantem statim deprehendo in responsione prima. Effugium enim in præstita pro incredulitate sua finali satisfactione non inuenit securum, nisi adhibita hypothese, quod Deus*



duplicem unius delicti non possit sumere penam a vade alteram alteram a delinquente, illam tamen, a vade præstitam, non acceptantem: quam falsam esse docuimus Pr. Pent. & Disp. 3. vt progressum, quem Judas quærit, in infinitum, videas contradictoriis niti præfidiis. Eandemque 3) hypothese frustra adsumtam, & a Calvinianis mutuatam, solam pro principio suo adhibere potest Cel. CARPOVIUS cum negat, quod Itabiliveram, non adprehensione semel dicta omne intelligi, quod ad negandam infideli salutem requiritur, quamvis pro non adprehensione satisfactum sit. Nam, inquit, si plene (non moror locutionem, quæ in hoc nexu, facile sinistram admitteret interpretationem) a Christo expiata est non-adprehensio meriti ipsius, salua justitia Dei fieri nequit, ut Deus illius causa hominem damnet. Illud autem falsum sæpe vidimus, &, quamvis pro incredulitate finali hujus viæ satisfactum sit, tamen damnari debere finaliter incredulum euicimus, quia impossibile est, Deum imputare satisfactionem non acceptatam fide. Quare cum progressus in infinitum sententiæ meæ oppositus falsis principiis superstruatur, in vanum produci patet.

S. 2.

Ut ex omni parte, objectionem nullam esse, ostenderem, concessi etiam, progressum in infinitum sine damno poni posse, quia, eo negato, negetur tantum in assignandis *rationibus realibus realitatum* interminata progressio, hic autem de *negationibus realitatum tantum* quæstio sit, atque negetur satisfactionis adplicatio in infinitum, quia negatur adprehensio ejus fidelis in infinitum, quod sine periculo admitti possit. Vir Cel. qua *thesu* de progressu in infinitum mihi consentiens, dissentit in *hypothese*. Et cur? quia infidelitas non sit *nuda* privatio. Numquid autem ego hoc adserui? Nullatenus. Fidei negationem tamen esse privationem non negabit Vir Cel. quamvis alio respectu, qui hic non negatur, omnino complectatur realem objecti, Christo et Deo adversi, adpetitum: quo respectu etiam in antecedentibus dixi *infidelitatem a transgressione legis operum finali, reali,*

et

et in illa materia consideranda, *differentia, non distare.* Ut itaque bene noui, infidelitatem finalem etiam inuoluere realitatem, hinc puniri damnatione non nude priuatiua sed reali & positiva: ita ex opposito negari nequit, inuoluere negationem, priuationem scilicet realitatum fidei, in infinitum, & damnationem illam positiuam conjunctam habere negationem, priuationem scilicet realitatum vitæ aternæ, in infinitum, adeoque eatenus sine damno concedi posse progressum in infinitum. Omnis E. labor Virum Excellentissimum a sperato commodo etiam hic relinquit inanem.

§. 3.

Cum in demonstrando progressu in infinitum incredulitas diuisa esset in *primam*, qua negligitur *satisfactio* præstita pro *transgressione legis operum*, & *secundam*, qua reuivitur *satisfactio* præstita pro *transgressione legis fidei*: necessario dijudicandum fuit, *an ea distinctio in hac materia admittenda sit, eo scilicet sensu, quod per se intelligitur, quo a Dominis disputantibus adhibita est.* Et hoc a me fuit negatum *Disf. Inaug. P. II. §. XXXIX. 3. 4.* Quid ad hæc Vir Cel.? Multus est in evincendo, *quod euangelium contineat legem strictè dictam, quod lex operum differat a lege fidei, quod ergo transgressio viriusque legis, consequenter damnatio, transgressionis pena, & hinc satisfactio pro transgressione præstita, possit rectè distingui.* Quamuis autem *propositionem primam Specimēne IV.* omni suo & infinito conatu non probauerit, quin & ipsam *principalem legis strictè dictæ, quod præcipiat actiones liberas, hinc voluntatis actus propria vi elicitos, affectionem, quæ ad fidem, legemque fidei adplicari nequit, omnino neglexerit, adeoque longe melius egisset, si in sola generaliore legis, quæ doctrinam notat, significatione substitisset, & hoc magnopere optandum fuisset, ubi de ipsa significatione hujus termini in doctrina de justificatione, quæ & ego in *Disf. Inaug. l. c.* respexi, sermo est: Quamuis, inquam, hæc omnia ita se habeant, iis tamen nunc non immoror, illis solis limitibus me contenturus, quæ disceptationem præsentem tangunt. In hac autem materia, quæ dicta sunt, nihil*

ad

23
27
26
25
24
23
22
21
20
19-58
18-54
17
16
15
14

ad rem faciunt: quin & ego transgressiones hominum (quamuis euangelium ne utiquam vocem strictae dictam legem) damnationem & satisfactionem, doctrinae ergo, ita diuidi obiectiue posse, jam concesserim *Progr. Pent. §. 24. Progr. Mich. §. 19. & Disp. I §. 12.* nihil omnino recedens a sententia, quam defendi. Nempe concedo I) satisfactionem ita diuidi posse in sententia affirmante: satisfactio praestita est pro transgressione legis operum, praestita etiam est pro transgressione legis fidei, & vtraque etiam finali. Non concedo II) hoc fieri posse in sententia negante; vt satisfactio praestita adseratur pro transgressione legis operum, non praestita esse dicatur pro transgressione legis fidei. Hoc enim posito, negatur pars satisfactionis, hinc subjectiue dicta satisfactio diuiditur, quod fieri debere negaui, diuisionem solummodo concedens, vt obiectiue spectatur satisfactio. Eadem ratione III.) negatur, quando questio est: cur satisfactio praestita non adplicetur peccatori? incredulitatem distingui in eam, qua renuitur satisfactio praestita pro transgressione legis operum & eam, qua rejicitur satisfactio praestita pro transgressione legis fidei. Et hoc quidem expressis verbis docui *Disp. Inaug. l. c.* Oppositum demonstrandum erat Viro *Excel.* quod vero omnibus superius allatis ejus adsertis neuiquam factum est, si vel maxime illa rite demonstrata concedantur. Vnde, admissis illis, adhuc recte statuitur, *vltra Scripturam sapere illum*, qui in sententia negante, modo explicata, distinctionem, ἀτερ γραφῆς, adplicatam vult.

§. 4.

Sed progreditur ultra Vir *Excell.* & quod (num. II. Spho praec. negaui, ex Scriptura euolutum sistere conatur: *Christum redemisse nos a maledictione legis operum* docet Paulus. *Gal. III, 13. 10. 12.* & idem Apostolus (*Ebr. X, 26.* conf. *Spec. IIX, 10. 11. 12.*) quinimo ipse Messias per Dauidem (*Pf. XVI, 4.* conf. *Spec. IX, §. 2. ff.*) negat satisfactum esse pro transgressione finali legis fidei (conf. *spec. IIX, 10. 11. 12. spec. IX, §. 2. ff.*). At enim uero, jam in *Disp. Inaug. P. II, S. II, §. XLV.* abundanter ostendi, Paulum citato

citato ex epistola ad Hebraeos loco de *neganda adplicatione* loqui non autem *acquisitionem* negare. Equidem Vir Doctissimus *Spec. XII. §. IV.* vindicias hujus loci pro sua sententia suscepit. Sunt vere istae ita comparatae, ut meam explicationem relinquunt saluam, pro Cel. CARPOVIO autem nihil euincant. Imo, si villo loco, certe in corrupendo, inque suam sententiam violenter, trahendo, hoc loco, omnia, quae potuit, cumulavit principia sua: ut vehementer desiderare errorem diuinae veritatis speciem cognoscas. *Primo*, pronunciata propositione, quam demonstrare debebat, *sacrificium et qua acquisitionem et qua adplicationem* illo loco *negari finaliter impoenitenti, qua tali* (de hoc enim sermonem esse mecum profiteretur §. V.), nunc, ne Calvinianam putes, eam demonstrare vult, et, ut hoc, specie quadam, possit, praestruit quaestionem: *quomodo huic sc. finaliter impoenitenti, qua tali, sacrificium Christi negandum sit?* Deinde suis principiis, quae hactenus refutaui, demonstrat, sacrificium finaliter *ἀπίστω*, qua tali, esse negandum *qua acquisitionem, non qua solam adplicationem.* Ergo, *deinde infert*, etiam ita Paulum explicandum esse. Miror cum fiducia demonstratio ejusmodi exegetica si unquam potuit scribi! Quis alius est methodus, qua suas quisque hypotheses pro Scripturae sensu possit venditare. *Primo* hypotheses, quibus fieri potest, speciosis argumentis ornantur, *deinde* pro veritatibus demonstratis habentur, *post*, iisdem non posse contrariari Scripturam, adferitur, *adeoque tandem* in eandem sententiam effata diuina explicantur. Sane si hoc est interpretari, ex Scriptura quiduis eruere, non vllum requiret laborem. Inuersa autem ratione agendum praescribit sanior exegetis, imo ipsa vulgaris quaecunque Logica, quae, missas facere proprias opiniones, et in systema auctoris explicandi descendere jubet, huiusque non proprias sectari sententias. Quid ergo *quaerit ante* Vir Celeberrimus, quam ex Paulo didicit, *quomodo negandum sit ἀπίστω finaliter tali sacrificium?* Illud enim in se consideratum non est in quaestione praesenti, sed hoc, *quomodo Paulus neget?* Et deinde, *eo modo*, quo Paulus negat, *negandum esse certum est*, rejectis omnibus, quae contra proferuntur. Ita est versandum interpreti et cuius Christiano,

B

qui

23
27
26
25
24
23
22
21
20
19-20
18-20
17
16
15
14



qui Scripturae cognitionem accommodat suam. Inanem itaque et peruersum agendi modum quid, quaeso, nisi peruersa interpretatio potest sequi? *Secundo*, nunc, pro ornanda sua hypothesi, et prius, quam de Apostoli sententia quaeratur, perpolienda, et, vt videri vult, demonstranda, quid ergo habet? 1) *Morienti*, et mortuo, quippe qui sit finaliter ἀπίστος, qua talis, non posse sacrificium Christi acquisitum dici: quia 2) *in* mortis momento conuersio non amplius locum habere possit, et 3) *alias* apocatastasis statuenda sit Scripturae contraria. 4) *atque* Christus, acquirendo finaliter incredulo salutem, repugnaverit decreto diuino de finaliter impenitente damnando: et 5) *acquisitionem* salutis et damnationem sibi repugnare, quis non intelligat? tandemque 6) *in* fine Sphi praesto sunt argumenta a Viro Cel. modo proposita, forte illa, quae *Spec. XI.* quoque prolata sunt. Respondeo *ad* 1) quemadmodum de mortuo, *qua tali*, res est in confesso, ita de moriente, id est, vltimum vitae viaeque huius momentum agente, spirante tamen adhuc, sententia est falsa: quod ex *Heseck. XII. 32.* luculenter ostendi *Pr. Mich. § 8.* quem quidem totum Sphum cum praec. Spho 4. et 7. l. c. hic, velim, consulat L. B. et pluribus addendis non erit opus. Sublatō autem, per dicta *ll. cc.*, statu inter vitam mortemque medio, videat, quomodo haec dicta, quae etiam alibi aliquando conjuncta habentur (*Spec. XIII. § XVI.*) conciliare queat Cel. CARPOVIUS cum aliis, quibus confitetur, hominem, qui *in ipsis vltimis vitae momentis* gratiam Dei per Christum quaerit, et amplectitur, non esse finaliter incredulum (*Spec. XI. §. XX.*) et finaliter neminem esse infidelem, nisi *post* mortem, qui certe *moricens* non est (*Spec. XIII. §. XIV.*). *Ad* 2) respondeo, esse manifestissimum errorem per clarissima dicta *Hebr. III. 7. 15.* *Heseck. XII. 32.* Equidem Vir Exc. prouocat *ad Spec. VI. §. 6.* vbi ea propositio demonstrata sit. Sed quae l. c. proferuntur, non sunt, nisi ejusmodi, quae *vel* jam refutauī superius, *vel* nouas continent hypotheses, nullo modo demonstrandas. *Ad priorem classem* refero, a) *ipsam* ibi adhibitam maiorem: *Pro quo peccato homo non potest amplius poenitentiam agere, pro eo non satisfecit Christus.* Propositio *vel* eum habet sensum, vt negata sit
satis.

fatisfactio pro eo peccato, *cujus loco non poterat absolute* poni poenitentia, sic conceditur major, negata minori: *vel eum, vt negetur satisfactio pro eo peccato, cuius loco non potest, hypothetice, et ex facto,* poni poenitentia: sic negatur major, concessa minore: *vel denique eum, vt negetur satisfactio pro eo peccato, quod non potest sequi poenitentia:* sic denuo negatur major, concessa minore. De omnibus his casibus jam satis dictum est *Diss. 3. §. 4. 5. 7. et Progr. Mich. §. 20. 21.* quoniam enim per fidem, hinc poenitentiam, applicatur satisfactio, major hæc cum ea coincidit, quam *Progr. Mich. l. c.* rejecimus. b.) *recursum ad momentum,* quod inter vitam mortemque ponitur *medium, scilicet morientis:* quod quidem receptaculum sublatum est *Pr. Mich. §. 4. 7. 8.* c) *quod post mortem poenitentia locum non habeat.* Ad quod quidem millies responsum est, quodque in quaestionem prorsus non venit. Ad *posteriores classes refero philosophemata:* a) *in exiguo mortis momento non posse produci, quæ ad conuersionem requiruntur.* b) *Debilitatam corporis rationem non permittere, vt ad ea moribundus attendat.* *Primo,* hæc vniuersaliter vera esse, aut probari posse, nego, quia habentur finaliter impoenitentes, quibus omnia jam perspecta sunt, quæ ad fiduciam excitandam requiruntur, solusque actus fiduciae deficit, cui producendo, etiam in momento, gratia divina omnino sufficit: habentur etiam moribundi ad mortem usque pleno intellectus vsu pollentes, vt attentionis defectu non laborent. *Secundo,* particulariter autem admitta illa in prima figura constituunt *majores particulares,* vitium logicum. *Tertio,* gratia plus valet, quam intellectus capiat humanus, Eph. III, 20. *Quarto,* ponas tamen, dicta vniuersaliter esse vera! quænam concludetur impossibilitas? Sane non nisi *hypothetica, ex facto,* qua admitta nihil probatum est, vt ostendi *ll. cc.* Specimen itaque VI. §. 6. nihil impedit, quo minus, propositionem hanc esse erroneam, adhuc adseuerem. *Ad 3)* Eam adseritionem esse falsam jam satis euietum dedi, quia non de statu post mortem, sed hujus vitæ, vltimoque hujus vitæ actu atque momento, quaeritur. *Ad 4)* Illud jam negaui, et confusionem demonstraui. *Diss. 3. §. 17. Ad 5)*

23
27
26
25
24
22
21
20
19-28
18-29
17
16
15
12
14

ea repugnantia falso adseritur, quia damnatio ob non adprehensam satisfactionem, hanc factam esse, supponit. Imo, si, acquisitione posita, poneretur salus, *nulla habita*, qua adquisitionum adproprietur, fidei ratione, tum omnino salutis adquisitione et damnatio repugnarent. Priori vero rejecto, posterius negandum est. Cum itaque, quod *ad 6.*) attinet, argumentis illis abunde responsum sit; hactenus sententia, in dictum Paulinum inferenda, demonstrata dicitur in cassum. Unde etiam, cadente hac, quae nulla est, demonstratione exegetica, ipsa loci Paulini, de acquisitione salutis neganda, frustra concepta interpretatio caduca est.

§. 5.

Sed adgreditur Vir Cel. etiam demonstrationem exegeticam meam, qua, de *sola* adplicatione intelligendum esse locum, evictum dederam, eamque colligit in unum ratiocinium sequens: *Quo sensu finaliter impenitentibus superesse dicitur damnatio v. 27. eodem iis dicitur non superesse sacrificium v. 26. Sed respectu adplicationis, non respectu acquisitionis, finaliter impenitentibus damnatio dicitur superesse v. 27. Ergo respectu adplicationis, non respectu acquisitionis dicitur, finaliter impenitentibus non superesse sacrificium v. 26.* Placet ita formatum argumentum, suppositis tamen, quibus praemissas probaueram, principiis. Tangit v. 27. etiamque praemissam Vir ingeniosissimus. *Primo* negat minorem, quia acquisitio damnationis praesupponenda sit in ejus adplicatione, & non adplicetur improbis damnatio, quam non promeruisse ante. Si hoc est refutare; quidquid, vel quasi, contra dicitur, oppositam sententiam refeller. *At vero*, quae dicuntur, sunt contra Cel. CARPOVIUM, non contra me. Namque, si v. 27. dicitur superesse damnatio, quae *antea* promerita est, sive *acquistita*; eadem sententia (ni idem terminus, semel positus, in eadem propositione, duplicem significatum debeat sustinere, quod fieri nequit, *per reg. hermen.*) dicendum erit vers. 26. negari adplicationem salutis, quae *ante* promerita erat, sive *acquistita*, per Christum. Unde *acquistitam* esse

esse praeponitur. Et cui? finaliter impenitenti, qua tali, & in ultimo vitae momento constituto. De eo enim hic sermo- nem esse inter nos constat. An hoc Cel. CARPOVIO con- veniat, an aduersum sit? iudicet quisque. *Dicam ulterius.* Affirmatur v. 27. *supereffe ἀπίστους*, finaliter talibus, damna- tionem, qua adplicationem. Hoc etiam a viro Cel. concedi- tur. Ego iterum concedo, ante promeritam omnino esse eam damnationem. Concedo hoc, tanquam *thetice* verum. Nego autem, *hoc verbis Apostoli dici.* Nego Apostolum ita intelligi posse. Namque *antea* promerita jam est damnatio. Ergo non potest dici, *qua* acquisitionem *nunc* adhuc *supereffe*, sive *nunc demum* acquirendam esse. De *adplicatione* itaque sola sermo est. Et eam, ex termini ἀπολείπεται ad rem adplicata notione de- rivatam, rationem, jam in *Diff. Inaug. l. c.* exposui, eamque nullatenus sustulit Vir Exc: consequenter nec negatio *minoris*, nulli rationi innixa, causam Viri iuvare potest. Recipit itaque *secundo* semet ad *majoris* in argumento meo *negationem*, causatus, quod adhibitus *idem ejusdem* termini & quidem semel tantummodo in textu positi (quo casu tamen de diversis significa- tibus cogitandum prohibent regulae logicae & hermeneuticae) significatus *contradictionem* ponat. Hanc ergo probaturus: Nam, *dicto*, inquit, *quod finaliter impenitentibus sacrificium Christi non superfit, qua adplicationem tantum, sequitur, ut superfit illis, qua ac- quisitionem salutis*, quod veritati repugnet, per argumenta a Viro Cel. proposita. Eam vero contradictionem esse nullam jam saepe vidimus. Quodsi autem acquisitionem ita intelligas non supereffe, ut status *post mortem* negetur satisfactionis objectum esse; lubentes concedimus, & acquisitionem & adplicationem, quoad statum post mortem, negari. Concedimus, inquam, sal- ua nostra thesi, in qua non de statu post mortem, sed de statu hujus vitae, sermo est. Negatur autem hoc ita intellectum con- sequens ex antecedenti sequi. *Tertio* denique (ut ex §. V. producam, quod pro argumento adhuc Viro restare posse videtur, cum reliqua, ibi prolata, jam dudum refutata sint) dicit, *Su. 121* denegari sine restrictione, adeoque & qua ac-



quisitionem & qua adplicationem. Imo, si huic argumento locus esset, posset etiam Calvinista concludere: *Iuris* in genere negatur. Ergo & pro transgressione legis operum, & pro transgressione legis fidei. Pro reprobis nulla satisfactio. Sed salua res est. Fallitur argumentum, quia terminus *ἀπολείπει* illam restrictionem continet, ut modo docuimus. Manet ergo omni casu certissimum, hoc dicto Paulino non obtineri satisfactionis pro transgressione legis fidei negationem. Si autem, non esse de Christi sacrificio sermonem, sed de alio diverso, qualem nullum datur, statuere quisquam velit; & acquisitionem & adplicationem negari, admittendum esset, rei natura postulante. *Vid. Diff. Inaug: l. c.*

§. 6. Alterum locum, ad quem provocat Cel. CARPOVIUS pro sententia sua, de neganda pro impenitentia finali satisfactione, demonstranda, depromptum video ex Pf. XVI. 4. & varia arte ad hypothesin Viri adaptatum. *Primo principium subrependo* quaerit *Spec. 9. §. V. n. 2.* cum dicit: *ejus fuisse sine dubio sacrificium, cuius nomine & in cuius commodum offerebatur.* Hoc verum est, sed non constituit hoc *characterem primum*; si enim quaeras: *cuius nomine & in cuius commodum offerendum fuerit?* responsio est, *eius nomine & commode fieri debuisse qui sacrificii hinc libaminis erat Dominus.* In *typicis* haec duo necessario connexa erant: adeoque probe potest unum pro altero substitui; & hoc quidem subreptioni quaesitae locum fecit. In *adplicatione* vero haec substitutio differentiam facit non exiguam. Sic enim *n. 3. l. c.* quod subreptione occupauerat Vir Cel. statim immiscer, ut propositiones duas, quarum altera affirmativa est, altera negativa, commode contrahere possit in unam negantem, ita locum explicans: *Non ego (Jesus Messias) effundam libamen nomine* (hoc enim insert in textum quod in eodem non habetur, infert

fert, ex facta, quam dixi, substitutione, infert, ut subreptem tibi offerat cogitationem, *libamen Messiae esse*, quod tamen expresse in textu dicitur (*ipsum deserentium*) eorum, qui alium sequuntur, *cruentum*. Hac autem sententia jam negatur *esse libamen illorum* et simul negatur *nomine illorum offerri*: cum in textu voce **סכרום** expresse adstruatur prioris affirmatiua, et dicatur *illorum esse libamen*. Quae est differentia manifestissima. Ex his subrependo obtentis sequitur necessario *tertium* subreptitium, quo scilicet **סכרום** non refertur ad sacrificium *Dominorum*, sed *offerentis* ponitur *libamen*, idemque, *contra naturam libaminis*, *cruentum*, nomine aliorum *positum*, hic, ex hypothese, subreptione obtenta, *negatum*. Atque hinc pro arbitrio atque ingenii luxuria, *inuentis tribus commentis*, sic formatur versio, vt modo adduximus, quae potius ita formanda erat: *Non ego* (Jesus Messias) *effundam libamen eorum* (qui alium sequuntur) *cruentum*, siue *quia cruentum vel sanguine maculatum est*, (Conf. Ies. I. 10. 11. 12. 13. 14. 15. Mal. I. 13.) neutiquam ita, vt sensus sit: *non ego effundam libamen meum cruentum nomine illorum, qui alium sequuntur*. Iste enim sensus manifesto contrariatur textui, in quo neutiquam *effundentis* libamen *cruentum* dicitur, sed *eorum, qui alium sequuntur*, tanquam libaminis *Dominorum*. Vnde quisque intelligat triplici subreptione obtentam interpretationem non posse non esse, contorsione facta triplici, mirum in modum coactam et aperte falsam.

§. 7.

Quam operose format Cel. CARPOVIVS demonstrationem *l. c. §. V. n. 3.* quod libamen non sit intelligendum *proprie dictum*, id pariter non praestat sine subreptione quaesita. Quae fuit autem sine dubio *improprietas libaminis* ideo euincendam, vt ex *impropria* significatione *inferret libamen cruentum*, quale libamen *proprie dictum* nullum per legem esse poterat. Libamina enim (nisi solam festi tabernaculorum ceremoniam, qua etiam *aqua libata* est, velis excipere, quam tamen disputant, an fue-

rit

22
27
26
25
24
23
22
21
20
19
18
17
16
15
14



rit antiquis cognita aut majoris quam humanae auctoritatis) omnia erant ex vino, Num. XV. 3. XXVIIII. 7. Vt igitur Messiae posset Vir ingeniosus tribuere libamen, non ex vino, sed cruentum; omnino quaerendum ipsi fuit medium, quo libamen sifteretur cruentum. Hoc ut obtineat, recurrit ad improprium significatum, audiendus forte, si, quae intendisset, probasset. At malum! non probat improprietatem, nisi admittendam fortassis in verbo *effusionis*. Cum enim Sacerdotibus Leviticis *privative* competat *effusio* libaminis, neuiquam *libamen*, quippe quod adducere quibusvis Dominis sacrificiorum, etiam gentibus, licebat (conf. IXENII *antiqu. Hebr. P. I. Cap. XIV. §. XXXIV.*): et exinde, quod Christus non fuerit Sacerdos Leviticus, omnis improprietatis ratio desumatur; illa *improprietas*, si vel maxime concedatur, solum tamen *effusionis*, neuiquam *libaminis*, terminum attingeret.

§. 8.

Tertia quoque, quae improprium significatum adferendi ratio Cel. CARPOVIO fuit, paucis, ne speciem habere videatur, tangenda est. *Libamen*, inquit, *ex vino offerendum erat, hinc e sanguine factum, lege licitum non erat.* At Messiam negare, *se facturum, quod lege licitum non erat, hoc non opus fuit.* Ergo *libamen sumendum in sensu improprio!* Conclusio, quam non cernat lynceo pollens visu! Respondeo I.) Refer libamen cruentum, siue sanguine maculatum, ad suum *Dominum*, cui in textu tribuitur, non ad Messiam, ut in textu non fit, & timor, ne Messias faciat, aut se facturum neget, quae sunt illicita, erit imaginarius. II.) Afferere, *quod non opus fit, Messiam, se facturum, negare, quod per se non licebat, quemadmodum ter in hac demonstratione asseritur, hoc non modo temeritatis est, sed etiam aperte falsum, atque ipsi Cel. CARPOVIO quoque contrarium.* Quantum enim ad *primum*, quantum, quæso, dictorum Scripturae numerus e sacris literis eliminandus esset, si hoc suppositum valeret. Deus Pf. V. 5. dicitur non esse Deus, cui in improbitate sit complacencia. Enim-

Enimvero complacentiam in improbitate habere, id per se non licet. Quid ergo opus erat dicere, Deum id non facturum? Ejusmodi innumeris Scripturæ habentur locis. Ea itaque philosophia Carpoviana est nullius valoris. Quantum ad *secundum*; hominibus corruptis, quales sunt, vel centies dicendum est, quod, qui sano intellectu uti possit, per se intelligeret. Et eo magis hoc in divinis & in enumeratione affectionum Redemptoris locum habet, quo minus eorum rectâ intelligentiâ homo instructus est citra revelationem. Quantum ad *tertium*: si pro impœnitentia finali præstari satisfactionem, adeo est absurdum, atque CARPOVIUS nos docere intendit, quid opus erat, ut hoc in Scriptura scriberetur? quia scilicet non opus erat scribi, quod per se non liceret. In cassum ergo ad Scripturæ dicta prouocat Vir ingeniosus, quippe in qua nihil horum esse potest, quia secundum ipsius hypothesin non opus erat.


§. 9.

Sed restat nouum artificium: *Cultus ceremonialis per sacrificia typicus fuit, ergo libamen fuit typus sanguinis Christi profundendi. Et, si martyrum sanguinis profusio dicta est libamen, magis etiam sanguinis Christi profusio erit libamen: Cumque vino rubro, teste Siracide L. 17. uti fuerint; bene adumbratus est sanguis Christi ruberrimus. Ut misericordiam ea excitant, ita profecto risum impediunt. Nec ullum habetur comma, cui insit veritas. Quomodo sequitur: Sacrificia fuerunt typica, Ergo ubique et semper et omni respectu Christiani præfigurant vel sanguinem Christi? Non dum sequitur illud: quia præfigurant etiam typi, quæ ad Ecclesiam Novi Testamenti et ad fideles spectant. Vid. S. R. Baumgarten, Unterricht von Auslegung der Heiligen Schrift. Hauptst. I. §. 16. Anmerk. n. 1. quare sacrificiorum fere omnia genera ad fideles transferuntur, qui vocantur θυσία, προσφορά, &c. eademque ratione profusio sanguinis martyrum σπένδς comparatur 2 Tim. IV. 6. Phil. II. 17. quos ipse Vir Cel. excitavit lo-*

C

cos

22
27
26
25
24
23
22
21
20
19
18
17
16
15
14



cos, quamvis, quoad secundam illam Viri propositionem, ad ipsum Christum libaminum idea nullibi in Novo Testamento adplicetur, et terminus *σπένδομαι*, praeterquam in citatis duobus locis, in N. T. prorsus non inueniatur, teste STOCKIO ad *h. v. Vinum autem rubrum Siracidis* profecto sine argumento hic propinatur. Brevibus: per sacrificia pura Hebraeorum etiam cultus purus, quem Deo offerunt fideles N. T., quo etiam martyria pertinent, fuit adumbratus: Fuit autem omnino etiam sacrificium purissimum Saluatoris. Ex contextu ergo iudicandum est, quid adumbratum sit intelligendum. Nunc quamuis detur, *sacrificium Christi cruentum* posse libamen vocari, quod non simpliciter negauero, quomodo tamen inde probabitur, hoc loco per libamen intelligi sanguinem Christi, cum expresse dicatur, non Christi, sed eorum, qui ab ipso recedunt, libamen?

§. IO.

Ex his omnibus, puto, satis intelligetur, nihil solidi adductum esse a Cel. CARPOVIO pro firmanda, quam infert, conclusione, *intelligi h. l. sanguinem Christi profusum*, eundemque esse libamen e sanguine, hoc loco intelligendum, adeoque hunc esse verborum Messiae sensum: *non Ego effundam sanguinem meum, siue non ego prestabo satisfactionem passiuam, pro illis, qui alium sectantur.* Et si haec est mens verborum, cur non negabitur etiam hoc loco satisfactio Christi passiuam pro transgressione legis operum? cur non negabitur hoc loco simpliciter omnis satisfactio passiuam Redemptoris facta pro iis, qui sunt finaliter impenitentes? Ne itaque hoc sensu Calviniano dictum sit, addenda erat *noua*, praeter hunc textum, aliunde desumpta, demonstratio *n. b. l. c.* quam certe, si stabilem priorem demonstrationem Cel. CARPOVII iudicauerit, nunquam admissurus est aduersarius Particularista.

§. II.

Ex dictis haecenus abunde patebit, quamlibet aliena huic nouae

novae, quam dicit Vir eximius, interpretationi praefendam esse, veterum interpretum hujus loci expositionem, cum haec, non nisi subreptitie obtentis principiis, et argumentis veri nominis omnino nullis, superstructa, textui aperitissima repugnet. In omnibus autem maxime arridet BRENTII explicatio, si in eo solo discessero, quod de *solis Judaeis*, et fiducia *illorum* in ceremonias posita, sermonem esse velit, quem potius de *omni incredulo esse*, textus postulat, vniuersaliter nuncupans eos, *qui alium, non Christum, sequuntur.* Hoc vnico supposito, in quo cum Gel. CARPOVIO sentio, explicationem dabo, et textui magis respondentem esse docebo horum verborum BRENTII interpretationem: *non sunt mihi, Messie, grata cruenta eorum sacrificia: vt sensus verborum: non effundam libamina illorum, eadem exhibeat, quae Caino quondam contigisse docet Scriptura Genes. IV. 5.*

§. 12.

Effundere sacrificia est omnino Sacerdotum, ipsaque effusio erat *oblatio libaminis sacerdotalis*, libaminis, inquam, a Dominis, jam ante ad Sacerdotem, offerendi *sine*, delati, vt *non effuderit sacerdos nisi a Domino sacrificii delatum.* Quemadmodum itaque sacrificiorum *adductio vel delatio* ad sacerdotem, sine effusionis, vel oblationis sacerdotalis, fiebat a Dominis, et erat *pars cultus*, quem Deo ipsi praestabant: ita *libamina typica exprimunt cultum, quem fideles Deo praestare debent in Nouo Testamento.* Quemadmodum autem *effusio* fiebat per Sacerdotem, et per Sacerdotem non oblata Deo libamina placere non poterant: ita *effusio facta per Sacerdotem erat id, quo sacrificium Dominorum Deo reddebatur acceptum.* Sacerdos est typus Redemptoris. Per Redemptorem itaque gratus Deo redditur cultus fidelium. Idemque actus, quo Christus gratum reddit Deo cultum fidelium, typico nomine adhibito, dicitur *effusio.* Enimvero, quis est ille actus, quo gratum Deo fidelium cultum praestat Redemptor? non est alius, quam quo *meritum suum, iustitiam suam, sanctitatemque, iisdem adpli-*

22
27
26
25
24
23
22
21
20
19
18
17
16
15
14



ear, vt *adplicata*, propter *fidem*, Redemptoris *justitia* atque *sanctitate*, cultum Deo *praestent* *placentem*, cultusque ipsorum Deo sit *gratus* atque *acceptus*, Luc. 1. 74. 75. Nunc itaque cum *Messias*: *non effundam*, inquit, *libamina ipsorum cruenta*; hic est eidentissime propositionis sensus, vt dicat Redemptor, *se nolle iis*, qui alium sequuntur, *adplicare meritum suum*, eoque cultum, quem Deo quamuis alium sequantur, infideles, *oblaturi sint*, *reddere Deo gratum atque placentem*, quia sanguine maculatus sit illorum cultus, *vel* ideo, quod grauissima scelera committere *Eccl. 1. 1 c.* et ipsa quoque sacrificia sanguine atque rapinis acquirere, *Mal. 1. 13. vel* ideo, quod specialiter sanguinem Redemptoris pessundare non fuerint veriti. Cumque sic non possit ipsi Redemptori *gratus esse* illorum cultus, omnino potuit BRENTIVS ita interpretari, vt supra vidimus, eaque interpretatio Carpovianae longissime praestet.

§. 13.

Ita omnia cohaerent, & si vel maxime de finaliter incredulis, qua talibus, agere dicatur locus, nihil quidquam tamen habet, praeter *adplicationis* meriti Christi, neuiquam hujus, quoad *acquisitionem*, negationem. Quamvis autem nolim refragari simpliciter, sed potius affirmem, de finaliter impoenitentibus, qua talibus, sermonem esse; nulla tamen est ratio, cur ad eos, *qua tales*, dictio restringatur, quin optimo jure in genere, de infidelibus capi possit. Omnibus enim infidelibus *sive* conuertantur aliquando, *sive* minus, poena incredulitatis, damnatio, propter non-*adplicationem* meriti Christi, nuntianda est, vt ab infidelitate deterreantur. Quod, si non curae cordique habeant, in incredulitate ad vsque vitae finem persistentes, praenuntiata sequitur utique damnatio, *propter* non *adplicatam* satisfactionem, hinc *negatam* justificationem, et coram Patre coelesti nominum ipsorum Salvatoris *confessionem*. Hac itaque stante veriori exegesi, quae nihil subrependo quaerit, nihil, quod non est in textu, addit, aut substituit, nihil, quod in textu habetur, mutat, sed contextui,

textui, naturae rei, atque analogiae fidei conformis est; Carpo-
uiana interpretatio hujus loci destruitur, et cuincitur, *in hoc lo-
co neuiquam sacrificium pro finaliter impoenitentibus, qua talibus,
negari quoad acquisitionem sed quoad adplicationem*: adeoque acqui-
sitionem potius supponi, cum paradoxum sit, negare adplicatio-
nem, nulla posita acquisitione.

§. 14.

Sit tamen, quod Cel. CARPOVIUS vult, sermo de fina-
liter infidelibus, qua talibus, sit sacrificium ipsius effluentis
Christi, sit ipsius sacrificium eruentum, adeoque satisfactio pas-
siva, quamvis haec duo textui manifesto repugnent: cum tamen
dicatur *libamen illorum*, qui Christum non sequuntur finaliter, qua
talium (quod per omnem analogiam grammaticam negari ne-
quit); ut aliqua ad ipsos pertineat ratione necessum est. At non
refertur ad ipsos qua adplicationem. Ergo, ut qua acquisitionem
pertineat oportet: quod directe oppositum est Cel. CARPOVIO.

§. 15.

Cum itaque per haecenus dicta locis *Ebr. X. 26. Ps. XVI.*
4. nihil obtinuerit Vir Cel. pro firmanda sua hypothese, adeo-
que neuiquam probaverit, *Scripturam pro transgressione legis fidei
finali factam Christi satisfactionem negare*: provocaverit autem pro
sua sententia etiam ad locum 1 Joh. 1, 7. vindicatum a me *Diff.*
Inaug. P. II. §. XLVII, videamus, quid ad dicta l. c. Vir. Cel. reponat.
Docueram, sermonem esse de *adplicatione*, non de *acquisitione*:
*recte tamen ex hoc loco inferri, nullum esse peccatum pro quo adplica-
ri meritum Christi non possit.* Ultima propositio suppeditat Viro
Cel., quod opponere possit: nimirum, *eam tantum valere, de
peccatis viatoris hominis*: quasi vero tota mea dissertatio non do-
ceret, *me de nullo alio peccato, quam viatoris hominis, satisfactio-
nem praestitam affirmare.* Cum tamen operosus sit in eo do-



cendo; non deero respondendo. Concedo ergo totum. Quando vero deinde addit, ἀρισίαν finalem non esse peccatum viatoris: oppositum ego satis ostendi & argumentum ficulneum Carpovianum refutaui *Pr. Mich. §. 4. 7. 8.* Vt itaque hoc dudum sublato, nihil effugii superfit.

§. 16.

Cum itaque eorum, quæ intenderat his dictis, nihil probauerit Vir Cel., adeoque nec demonstraverit, *Scripturam in doctrina de satisfactione transgressionem legis operum a transgressionem legis fidei diuidere*, vel in doctrina de satisfactione vti distinctione legis operum & legis fidei: ex loco autem *Gal. III. 13.* idem eo minus consequatur, quo minus vnus positio est alterius exclusio, & quo certius alibi Scriptura docet, quod pro omnibus omnium hominum peccatis, *quæ in hac vita committuntur*, satisfactio sit præstita; demonstratione, quam *Spec. XI. §. XXIII.* dedit, (vid. supra §. 4.) omnino nihil lucratus est: quare, quæ falsitatis arguere voluit, ipsi a me opposita, persistunt inconcussa.

§. 17.

Sed & ulterius ego probaueram, *Scripturam in doctrina de satisfactione illam distinctionem (§. 3.) rejicere*: quia in duobus locis *Gal. III. 22. Rom. XI. 32.* eandem sententiam habentibus, ἀμαρτίαν & ἀπίθειαν pro se inuicem substituat. Huic obmoto ea ratione obuiam eundem credidit Vir Cel., quæ ipsum refellit. Paulum enim posteriori loco de impenitentia finali loqui negat. Et negativam ita euincit: *Si Deus omnes homines finaliter infideles declarauit; omnes homines sunt finaliter infideles: Si hoc; nullus homo saluatur. Posterius falsum. Ergo prius.* At enimvero illa posterioris falsitas non habet locum, si recte concludatur: frustra autem illa adseritur; facta ratiocinatione, per syllogismum quatuor terminis laborantem, & post introductam

Etiam status naturæ cum statu gratiæ confusionem. Quod antequam ostendam præmonebo I.) *Declaratio*, quod omnes homines sint sub infidelitate, quibusnam, quæso, facta est? *An ex natura corrupta*, an *sub gratia*, per *Redemptionem parata*, spectatis? Sane illis, qui itaque sub maledictione legis erant, Gal. III. 10., non his. II.) *Illorum* autem, ut talium spectatorum, non sub gratia per *Redemptionem parata*, num, quæso, temporaria dicenda est infidelitas, an finalis potius debebat esse? Prius locum habere non poterat, quia sine Redemptore, sine gratia, fides, per quam infidelitas temporaria fit, non existit, & sub hypothese illa, existere non potest. III.) *Necessario* ergo infidelitas, cui genus humanum subjacere declaravit Deus uniuersaliter, intelligenda est finalis, temporaria sano sensu intelligi nullo potest. IV.) *Homines* ita considerati omnes non possunt non tanquam *damnandi* declarari: subsunt enim maledictioni, cui naturali nulla via eripi possunt, & si in illo statu, quo Deus omnes natura esse declaravit, mansissent, non potuissent non omnes actu damnari: V.) *Quod autem* aliqui actu non damnantur, sed saluantur, et non damnandi, sed salvandi, in Scriptura, a Deo declarantur, hoc non est ex statu naturæ sed gratiæ. VI.) *consequenter* declarationi illi, quæ ad statum mere naturalem corruptum refertur, hoc nequiquam contradicit, quia sunt diversi respectus. VII.) *Non itaque inferri* potest, quod omnes homines actu damnentur (propter interuenientem adplicatam gratiam), qui actu damnandi erant, & non aliter ac damnandi considerari poterant (propter corruptum et damnationis meritorium naturæ statum). His prænotatis videamus nunc argumentationem Carpouianam. Sunt autem ratiocinia sequentia:

Quoscunque (naturaliter, sine Redemptore, sine gratia, spectatos,) Deus, qua tales, declarat finaliter infideles, illi, qua tales, sunt finaliter infideles. Omnes homines (naturaliter consideratos, sine Redemptore, sine gratia) Deus, qua tales, declarat finaliter infideles. E. Omnes homines (naturaliter considerati sine Redemptore, sine gratia) qua tales, sunt finaliter infideles.

Omnes

28
27
26
25
24
23
22
21
20
19
18
17
16
15
14

Omnes finaliter infideles damnandi sunt, damnantur. Omnes homines (naturaliter considerati, sine Redemptore, sine gratia) quales sunt finaliter infideles. E. Omnes homines (naturaliter considerati, sine Redemptore, sine gratia,) quales damnandi sunt, damnantur.

Hæc tota conceditur argumentatio, eademque declarationi diuinæ, de qua Paulus loquitur, esse conformis statuitur. Nec vlla ratione potest conclusionis inferri falsitas, adeoque nec concludi falsitas consequentis in Syllogismo priori (vid. in it. Sphi præf.) Quod si autem ita inferre velis, vt falsa exurgat conclusio; in ratiocinio ultimo pro subjecto conclusionis ponendi sunt *homines, tanquam redempti, & sub gratia, spectati*. Tum autem manifesto adsunt *quatour termini*, nec idem est *conclusionis & minoris* propositionis subjectum. Quod enim non omnes homines damnentur, hoc non est ex statu naturali, sed ex redemptione & gratia. Declaratio vero diuina, de qua Paulus loquitur, non ad statum, quo redempti, & sub gratia, homines spectantur, sed ad statum naturalem se refert, eundemque pro objecto habet.

§. 18.

Deus omnes homines, qua statum naturalem, corruptos, spectatos, declaravit esse sub infidelitate, certe tali, qualis sub eo statu erat; & non poterat non esse: ergo non *indeterminata* & *vaga*, sed *determinata*, consequenter *vel temporaria vel finali*: sed *non temporaria*: E. finali. Declaravit autem pro infinita sua benignitate etiam Deus, hominibus ita miseris se daturum Redemptorem, per quem ab infidelitate, quæro quam? indeterminata & vaga, an determinata: & hac, an temporaria, an finali? liberandi essent. Eodem, quo dixi, modo patet, quod ab incredulitate finali per Redemptorem liberandos promiserit. Sed liberandi eramus per satisfactionem pro incredulitate nostra præstitam: Præstita ergo sit pro incredulitate finali, necessum est: nec, si pro ea satisfactum non sit, ab ea poteramus esse liberi. Recte dico: *omnes homines sunt increduli*: Sed non minus recte dico

dico: omnes homines in statu naturali, sine Redemptore, sine gratia, constituti, sunt finaliter increduli: non minus recte dico: omnes homines in statu naturali, sine Redemptore, sine gratia, constituti, sunt damnandi. Vnde et ipse Catechismus minor fidem docet eam, ut credamus, perditos nos atque damnatos homines passione ac morte (hinc satisfactione Christi) redemptos, eoque ab omnibus peccatis a morte et potestate Satanæ liberatos esse. Non enim aliter pro illo statu poteramus considerari, quam ut finaliter impoenitentes, perdit, et damnati, ut nisi ab impoenitentia finali, praestita pro ea satisfactione, liberati essemus, non potuissemus non in ea persistere et damnari. Cum E. CEL CARPOVIUS primam ex positis tribus propositionibus, de homine ex natura spectato intelligendam, admittat, etiam reliquas admittere debet.

§. 19.

Quae reliqua hic habet Vir Cel. ea ad sequentia redeunt, ut I) iterum concludat ex sententia mea sequituram damnatorum ex inferno liberationem: quod saepissime falso inferri docui, quia non est sermo de infidelitate post hanc vitam, sed in hac vita, ejusque actu ultimo, ponenda. 2.) ut mecum statuatur, liberasse Christum etiam finaliter ἀπίστους, et meruisse gratiam convertricem, qua ab impoenitentia liberari possent finali, nihilo tamen secius, adversus me, pro finali impoenitentia factam esse satisfactionem, neget. At, quomodo haec duo consistere possint, hoc docendum erat et evincendum, ut jam saepe monui. Eoque non praestito, contradictoriorum combinatio nihil potest causae prodesse. 3) ut denuo inferat, aut credere finaliter ἀπίστον, aut non. Si prius; non esse finaliter improbum, nec satisfactione pro finali impoenitentia egere, quia absolum, satisfactionem praestitam esse pro impoenitentia, quae non existat; Si non, & tamen pro impoenitentia finali satisfactum sit; satisfactum esse pro damnatis, quod falsum sit. At, posterius aequae ac prius effugium jam saepe sublatum est. Quantum autem ad prius; doceri debebat: quomodo adprehendere Redemptorem, et gratiam, potuerit homo peccator in statu, in quo non habet utrumque: doceri [debebat, quod non egerit satisfactione pro impoenitentia] finali, si credidisset.

D

quod



quod autem demonstratum non est. Egere autem satisfactione pro impenitentia finali, in qua per naturam corruptam non poterat non esse homo miser, Peccato Originali corruptus, ut talis, sine Redemptore spectatus; et non esse finaliter impenitentem in statu gratiae et posito Redemptore: nihil absconi continet, quia sunt diuersi respectus, hinc contradictio cessat.

§. 20.

Dixeram l. c. demonstrationes § 392 Th. Reu. Dogm. a Viro Cel. datas esse contra demonstrationes § 395. 396, exhibitas. Id etiam male habet Virum. Ne itaque quidquam sine ratione me dixisse intelligas: accipe demonstrationem §phi 392. pro sententia Cel. CARPOVIO aduersa, infra lineam (*) adjectam.

§. 21.

An ad transgressiones legis operum pertineat *ἀπιστία* finalis? non minus disputatum est. Ego affirmavi *Diff. Inaug. P. II. § XXXIX.*
n. 5.

(*) Aut pro omni infidelitate, quae hominem coram Deo damnabilem reddebat, Christus satisfactionem passiuam praestitit, aut pro quadam, scilicet temporaria (ad certum vitae tempus terminumque posita, alia enim temporaria in hac quaestione, ubi satisfactio et fides iam non praesupponi potest, hic cogitanda non est) tantum, aut pro nulla. Si dicas, pro nulla, Christus non est hominum Redemptor, quod est, falsissimum. Fingamus autem, quod non praestiterit pro omni, sed quadam tantum. Ita pro omni eam praestare aut non potuit aut non voluit. Sed potuit propter satisfactionis valorem infinitum nullius peccati grauitate superabilem. Et voluit: si enim, cum posset, nolisset, non voluisset omnium hominum liberationem a reatu damnationis, et salutem, siquidem, pro quadam tantum, nec pro omni infidelitate satisfactione praestita, damnabilis tamen homo mansisset propter illam infidelitatem, quae post illam, pro qua satisfactum fuit, sequitur, proque qua satisfactum non est. Damnabilis, inquam, mansisset, dum nullum peccatum Deus sine satisfactione remittere potest. At ut Deus, sic Christus etiam, vult omnium hominum salutem serio et efficaciter. Actu itaque pro omni infidelitate, quae hominem damnabilem coram Deo faciebat, passiuam satisfactionem Christus

n. 5. Negat autem illud Cel. CARPOVIVS, et, ne sine ratione negasse sentias, addit rationem, *quia lex fidei a lege operum differt et ἀπίστια est transgressio legis fidei. Quae? qualis? quanta?* Lex ecclesiastica a lege civili differt. Ergone potest simul invertere civilem, qui contra ecclesiasticam agit? Lex civilis est diversa a lege naturali. Ergone potest, qui civilem violat, migrasse naturalem? Sed, velim etiam hoc attendatur. Lex moralis s. operum praecipit Fiduciam in Deum. Ergone etiam praecipit fiduciam in Christum? Neutiquam in se, et abstrahendo ab Evangelio, si spectetur, eam in Christum fiduciam specificè praecipit. A genere enim ad determinatam speciem, aequè ac a specie ad speciem oppositam C. N. V. Et sedulo omnino cavendum est, ne fiat Legis et Evangelii commixtio. Lex Christum non docet: E. nec fidem in Redemptorem specificè docere et tanto minus exigere potest, quia fides non est ex actionibus liberis propria vi productis, circa quas dirigendas lex versatur. E. inquis, nec potest lex prohibere infidelitatem, nec infidelitas dici transgressio legis operum. Falleris. Namque prorsus aliter se res habet in negativis ac in positivis. I) Quamvis enim fiducia in Deum non sit fiducia in Christum: negata tamen fiducia in Deum negatur etiam fiducia in Christum: negata ergo fiducia in Deum etiam ponitur infidelitas. Enimvero fiducia in Deum negata ponitur transgressio legis operum. E. posita infidelitate ponitur transgressio legis operum. Ut itaque recte potuerint asserere Theologi pertinere infidelitatem etiam ad transgressiones legis operum. II) Et hoc tanto magis potuerunt, cum infidelitas sit actio, a libero post lapsus, s. potius seruo, arbitrio pendens, mala, quæ ergo recte refertur ad actionum liberarum normam, Legem moralem. III) Instas tamen: non omnis, fiduciæ in Deum, negatio statim est infidelitas in Christum! Largior! Infidelitas tamen in Christum fiduciæ in Deum negationem ponit, & ita ponit, ut fiducia in Deum

D 2

um

stus praestitit; hinc praestitit illam et pro infidelitate temporaria et finali quemadmodum et respectu lapsus Adamitici et respectu peccati originis et respectu peccatorum actualium, et denique respectu aliorum habituum peccaminosorum, quo omnino pertinet impenitentia finalis in ultimo vitae actu, eam praestitit.

um negata, fiducia in Christum simpliciter non possit poni. Non exprimit Lex Moralis, vniuersalis, omnes casus & singulos: prohibet autem, quod ipsi oppositum est, in omnibus & singulis casibus. Cum itaque Evangelium docet fidem & offert: Peccator autem renuit: eoque ipso, quod renuit fiduciam in Deum in speciali, eoque Evangelico, casu, contra legem agit: Lex etiam infidelitatem & non solum in genere, si in se & abstrahendo ab Evangelio spectetur, sed etiam, cum per Evangelium illustrata concipitur, infidelitatem, qua rejicitur Christus, in specie arguit & damnat. Ex distinctione itaque Legis & Evangelii nequam sequitur quod ἀπιστία non sit transgressio Legis operum, aut quod Lex ἀπιστία non arguat & damnet. Et quid clarius esse potest asserto Christi Joh. V. 45. ubi expresse dicit, Mosen Judæos accusaturum esse propter infidelitatem v. 44. ipsorum. Conf. pluribus quae habet QVNSTEDIVS, P. IV. Theol. Did. Pol. p. 70. a. n. XIV. XV. ibique excitatus HVTTERTVS, in F. C. aliisque Systematici.

S. 22.

Et haec quidem sunt, quae Cel. CAROVII defensionem, quam contra Inaug. Diss. meam tentaverat, quousque ad rem, de qua quaeritur, ipsam respicitur, opponenda fuerunt. Disputavi tum etiam adversus argumenta ab Exc. Domino AHLWARDO proposita. Ea paucis defendenda summi Observ. et Dub. Auctori *Obs. et Dub. (§. IV. d)* Primum itaque Viri illius Exc. argumentum, inde desumptum, quod satisfactio Christi non possit finaliter infideli, propter finalem infidelitatem, adplicari, de absoluta adplicationis impossibilitate hic intellectum vult, et sic per ea, quae jam ante monuerat, firmum manere adstruit. At enimvero, nullam hic esse absolutam adplicationis impossibilitatem multoties euicimus, adeoque hoc argumenti fulcrum jam destructum est *Pr. Mich. et Disp. 1. 2. 3.* Imo hoc et ipsum jam in *Diss. Inaug.* docueram, et argumento viri Cel. opposueram *Disp. Inaug. P. II. §. XLIV.* Vnde maxime laborandum fuisset Cl. Auctori *Obs.*

Obs. et Dub. vt absolutam illam impossibilitatem doceret. Laboravit profecto! sed ita, vt non nisi *hypotheticam*, et *ex facto* dictam, impossibilitatem euinceret. Laborauit frustra! Cum autem dixissem, fieri non posse, ut propter infidelitatem, pro qua satisfactum non est, damnetur homo, qui potius propter reliqua peccata damnari dicendus sit, non propter *anisiav*; *Medicum iterum* suum *medicina vacuum*, quem toties opposuit, ad manus habet Vir Clariss. Sed infirmum jam satis vidimus *Disp. 2.* postquam causae disparitatem euicimus. Cum autem vtrumque, et peccata reliqua, et infidelitatem, simul, rationem damnationis esse, dicit, et ad locum *Hesek. XXXIII. 9.* prouocat; in ea re facile consentio ego: Sed quaestio est: *quomodo hoc cum sententia, quam Vir Optimus defendit, constare possit?* hoc autem non exposuit: quod vero idem non possit cum ipsius sententia consistere, id quam saepissime supra ostendi.

§. 23.

Alterum Exc. AHLWARDI argumentum concludit *Apostatitismum* ex sententia ipsi opposita, eamque consequentiam firmare studet Cl. Auctor *Obs. & Dub.* Namque dicit, praestitam satisfactionem non fore frustra factam: Si non sit frustra facta; debere posse imputari. At non posse *in hac vita* propter incredulitatem *finale*; Ergo, ut possit *post hanc vitam*, consecvi. Omnibus autem his jam satis superque responsum est haecenus. Satisfactio non est frustra; quia a) potest in se & absolute imputari, & nulla in peccatore, pro quo praestita est, darur absoluta impossibilitas fidei (*Diff. I. §. 11, ff.* & si vel maxime fides desit per totam vitam, tamen alter finis obtinetur, vindiciae iustitiae divinae (*Diff. Fnaug. P. II. §. XXXVI, p. 59.*). Quod autem in hac vita *debeat* adplicari, hinc loco infidelitatis finalis admitti adprehensio meriti Christi idemque etiam fieri possit, id superioribus deductionibus euicimus (*P. Mich. 20. Disp. 1.*): adeoque ad adplicationem in futuro seculo nullo argumento concluditur, consequenter nec

29
27
26
25
24
23
22
21
20
19
18
17
16
15
14



ulla *Apocatastasis* victoriae spes remanet, quibus tot Scripturae locos, eisdem expresse refutantes, opposui in *Diff. Inaug.* Cum itaque his Dictis non potuerit quidquam opponere Vir Clarissimus, miranda sane est audax scribendi ratio, cum arbitratur stabilita sententia nostra non posse refutari Apocatastasitas. Imo nulla esset consequentia; *Christus satisfecit pro ultimo hujus vitae momento, Ergo satisfecit etiam pro statu post mortem: ut certe non potuerit pensitasse, quae scriberet, ea inferendo, Vir Clarissimus.*

§. 24.

Quam, de Satisfactione pro impenitentia finali non practi-
ta, proposuerant Viri Excellentissimi, CARPOVIUS & AHL-
 WARDUS principia, ea deinde applicavit uterque ad negandum sa-
 tisfactionem pro peccato in Spiritum Sanctum. Vtrique obviam ivi
 in *Diff. Inaug.* etiam quoad hoc momentum. Quae Cel. AHL-
 WARDO opposueram, iis haecenus nihil responsum est. Quae
 autem Cel. CARPOVIO opposui, ad ea aliqua regressit Vir
 Cel. & Auctor *Observ. & Dub.* Dixi, *logomachiam esse, cum
 ratio irremissibilitatis peccati in Spiritum Sanctum in perseverantia fi-
 nali, non autem in oppugnatione veritatis caelestis malitiosa ponenda
 dicitur, & hoc quidem ideo dixi, quia redeundum tamen est tan-
 dem ad oppugnationem & negationem veritatis evangelicae malitiosam
 post convictionem positam.* In iis, si quid judicandum est, non
 opus habuisset Vir Cel. quidquam monere, quia, salvis omni-
 bus, consensus in re manebat utrinque: *Irremissibile est peccatum
 in Spiritum sanctum, conjunctum est cum perseverantia finali, com-
 plectitur malitiosam veritatis cum convictione agnita negationem &
 oppugnationem, in perseverantia finali pariter ac in malitiosa dicta
 negatione & oppugnatione irremissibilitatis ratio habetur.* In his
 omnibus consentire mecum sine contradictione poterat. Quid
 ergo remanebat nisi sola *logomachia*? Ne tamen iudices, etiam
 mihi recte opponere Virum Celeberrimum, eam meam observa-
 tionem potuisse abesse; discrimen in eo est, quod *logoma-
 chiam* molitus ipse sit, non ego. Ego vero eam intro-
 du-

ductam logomachiam transmittere non potui intactam, quia secundum Carpouiana principia perperam irremissibilitatis ratio ponitur *in perseverantia finali*, quæ potius solummodo, secundum ipsum, ponenda erat *in defectu satisfactionis & gratiæ*, vt, his negatis perseverantia finalis non possit non sequi. Interim logomachiam evitaturus Vir Cel. magis etiam implicatur, rationem irremissibilitatis esse dicens non in oppugnatione malitiosa veritatis cælestis *in se*, sed in ea oppugnatione, *quatenus cum finali perseverantia conjuncta est*. His autem quæ stabilita sunt falsa non removentur sed augentur, Oppugnatio malitiosa veritatis cælestis, *in se* vel sumitur 1.) *tanquam* simul comprehendens, quod facta sit *post habitam convictionem*, solummodo abstrahendo a perseverantia finali, vel 2.) *non sumitur* ita, verum abstrahitur & a perseverantia finali & a præposita convictione. *Posteriori sensu* nemo vnquam mortalium dixit, in ea esse rationem irremissibilitatis, quia sic omnis veritatis euangelicæ negatio et oppugnatio irremissibilitatem conjunctam haberet: *quod falsissimum*. Priori autem sensu ratio et irremissibilitatis et perseverantiæ est *in sola illa malitiosa veritatis euangelicæ, cum convictione cognitæ*, negatione et oppugnatione. Ex ea enim cognoscitur, cur omnia principia conversionis suæ rejiciat (quia se de iis omnem possibilem, si quæ sit, convictionem jam habere, novisse autem, falsa esse, perhibet) adeoque a conversionis via semet præcludat hinc ad finem vitæ in negatione & oppugnatione perseveret, adeoque remissionem non obtineat. Ex quo patescit, non esse irremissibilitatis rationem in negatione & oppugnatione veritatis cum convictione cognitæ, *quatenus cum perseverantia finali conjuncta est*, sed esse *in illa sola & perseverantiæ & irremissibilitatis rationem ultimam*, quamvis perseverantiam, tanquam illius, ut est in Peccato in Sp. S., inseparabile consequens, pro irremissibilitatis ratione per malitiosam illam negationem determinata simul assumi non simpliciter renuam. Est enim et perseverantia & irremissibilitas supposita malitiosa tali, qualis est in P. in Sp. S. negatione & oppugnatione huius necessarium consequarium. Logomachia ergo erit, cum ratio irremissibilitatis
 poni-

22
27
26
25
24
23
22
21
20
19
18
17
16
15
14



ponitur in perseverantia finali et tamen simul admitti debet esse in oppugnatione & negatione veritatis, in se, ut (n. 1.) descripsi. Quando autem nunc simul negatur, esse in negatione & oppugnatione veritatis euangelicæ cum convictione agnitæ in se, ut eam determinavi modo (n. 1.), non logomachia sed error adest. Quamvis enim addatur, esse in malitiosa negatione *quatenus* cum perseverantia finali conjuncta est, eo nihil melius dicitur, sed per illud *quatenus* ad perseverantiam solam refertur. Error tamen non foret in se ita comparatus, ut disputationem mereretur, hinc eo sensu etiam logomachia dici posset, quia de cetero in propositionibus supra dictis consensus habetur.

§. 25.

Potior est ea altera quaestio: *Anne frustra ratio irremissibilitatis ponatur in perseverantia, cum negata satisfactione pro hoc peccato non possit non perseverantia sequi: adeoque sic ratio unica irremissibilitatis in defectu potius satisfactionis et gratiae ponenda sit?* Si curatius consideraueris demonstrationem Carpovianam *Th. Rev. Tom. II. §. 396. Schol. (*)* revera etiam in eam unicam rationem omnia resolvuntur. Quamvis enim primam propositionem posuerit hanc: *Peccatum in Sp. S. irremissibile est quatenus a Deo remitti nequit*: ea tamen propositione præter ipsam irremissibilitatem nihil ponitur, sed hoc solum discrimen est subjecti & prædicati, ut illud internam hoc externam irremissibilitatem dicat. Unde, si, hoc notato, et in subjecto conclusionis combinato, nunc, quærendo irremissibilitatis rationes, adscendas a conclusione secundum præmissarum ordinem; ultima in secunda propositione argumentationis, habetur ratio, in qua subsistendum est, *non præstita satisfactio, siue defectus meriti Christi*. Peccatum enim in Sp. Sanct. secundum Cel. Carpovii adferta, est irremissibile, & a Deo remitti nequit, propter conjunctam finalem incredulitatem, et finalis incredulitas cum eo non potest non con-

(*) *Peccatum in Spiritum S. irremissibile est, quatenus a Deo remitti nequit. Remitti nequit, quatenus pro eo a Christo non est præstita satisfactio. Satisfactio pro illo præstita non est, quatenus coniunctum est cum incredulitate finali. Est igitur peccatum in Spiritum S. irremissibile, quatenus conjunctum est cum incredulitate finali.*

conjuncta esse, quia non satisfacit pro eodem Christus. Videamus nunc quomodo hos nodos soluat Vir Celeberrimus. Dicit, se distinguere *inter* finaliter ἀπίστον, quatenus est viator, & quatenus post obitum mortuus: quatenus est viator habere Redemptorem, pro transgressione legis operum satisfaciendam, sibi oblatum. Hinc rationem perseverantiæ in ἀπιστία esse, non in defectu meriti Christi & Gratiae, sed in ipsa hominis malitia. Obseruo I) Dum hæc scribit Vir Cel. oblitus est eorum, quæ viginti lineis ante scripserat. Quid? Ratio, cur peccator in Spiritum Sanctum perseverat in ἀπιστία, est in ipsa ejus malitia? Quæro: an in se (vt descripsi n. 1. §. ped.) spectata, an quatenus cum perseverantia finali conjuncta est? Posterius profecto absurde diceretur, quia idem foret ac si diceres, perseverantiæ rationem esse in perseverantia. Concedendum ergo est, rationem perseverantiæ in ἀπιστία esse in malitiosa negatione veritatis, cum convictione agnitæ, in se spectata: et cum propter perseverantiam ponenda sit irremissibilitas, hujus rationem esse in malitiosa illa negatione & opugnatione in se spectata: quod paucis, ante, lineis negatum volebat. II.) Quod considerari possit peccator in Spiritum Sanctum & vt viator, & in statu post mortem, concedo. Nego autem in hac materia esse de statu post mortem vllam quæstionem, controuersiam vllam. Peccator enim in Spiritum Sanctum est in hac vita, & propterea damnatur post mortem. Quod enim centies & decies dictum est, quoad impenitentiam finalem, idem etiam hic valet. III.) Denique habet vtique Redemptorem, secundum CARPOVIUM P. in Spiritum Sanctum in hac vita, sed eum, quem sibi adplicare non possit, vlla satisfactione, pro impenitentia finali, ab hac non liberatus, quam itaque euitare non potuit, nec ergo potuit non in peccato in Spiritum Sanctum, semel in idem illapsus, perseverare. Hoc enim semper est idem quod inter nos disceptatur: An, non præstita pro impenitentia finali, & peccato in Spiritum Sanctum, satisfactione, potuerit ab eodem liberari peccator: quod decies affirmavit Cel. Carpo- vius, ego decies demonstraui negativam. IV.) Ratio itaque perseverantiæ Peccatoris in Spiritum Sanctum in peccato, quod semel

E

incur-

22
27
26
25
24
22
21
20
19.58
18.24
17
16
15
14

incurrit, sic semper est in defectu satisfactionis & gratiæ. V.) adeoque irremissibilitatis ratio in eo defectu solo semper manebit, secundam oppositam mihi hypothesin.

§. 26.

Et hoc aequo animo non tulit Exc. CARPOVIVS, quod scripsi l. c., Virum Cel. sibi contradixisse et semet extricare non potuisse. Sed nec aequo animo ego tuli, ea scribenda fuisse. Gaudebo ergo si soluere nodos possit Vir eximius. Videamus itaque se extricantem! Dum enim, vt scribit, ipsius mentem non intellexi, cum voluptate, si fieri potest, edoceor. Quod se extricare non potuerit dixi ego, habito respectu ad eum modum, quo differentiam irremissibilitatis Peccati in Spiritum Sanctum, ab irremissibilitate reliquorum peccatorum, in quibus ad vitae finem perseverat homo peccans, docere voluit. Quod dixi, id ex ipsa litera Exc. CARPOVII deduxi (*). Dicat velim Vir Cel. an quidquam scripserim, quod non sit ab ipso dictum? Nonne diuidit is peccatum in Spiritum Sanctum in *inchoatum* et *consummatum*? Nonne ipse scripsit: *si desit* perseverantia finalis, esse *inchoatum*, si perseverantia finalis *adsit*, esse *consummatum*? et hinc de essentia consummati esse perseverantiam finalem? Quid ergo? Nonne dixit, de essentia peccati in Spiritum Sanctum, quod cum

(*) Tandem extricare se non potest, Vir Clarissimus, quando sibi objicit, sic omnia peccata esse eodem modo irremissibilia, si ad finem vitae ista durent. Prouocat vero ad Tomum I. Systematis § 1395. ibi vero de essentia docet peccati in Spiritum Sanctum consummati esse, vt ad finem vitae durent. Quid vero hoc est? sane nihil eo dicitur, quod differentiam huius peccati a reliquis ostendat. Est enim id praedicatum de essentia peccati in Spiritum Sanctum consummati: Consummatum vero est, quando ad finem vitae durat (per definitionem Carpouii): est ergo de essentia peccati in Spiritum sanctum quando vel quod ad finem vitae durat, vt ad finem vitae durent. Credo Sed pariratione de essentia libidinis, quando vel quae ad finem vitae durat, est, vt ad finem vitae durent: quae differentia?

cum perseuerantia finali conjunctum est, esse, ut cum perseuerantia finali conjunctum sit? Quid itaque aliter scribere potui? Nunc autem dico, de essentia cuiusuis peccati, quod cum perseuerantia finali conjunctum est, esse, ut cum perseuerantia finali conjunctum sit. Ergo concludo differentiam inter irremissibilitatem hujus et reliquorum peccatorum, (quousque Cel. CARPOVIVM ex perseuerantia finali quoad peccatum in Spiritum Sanctum, deducentem audias) nullam esse. Adeo se extricare non potuit! Sed! meliora exhibiturus est, dicturusque quod res est (*) Seruator, inquit, *peccati in Spiritum Sanctum*

E 2

(*) Dicam autem, quod res est, 1) Seruator peccati in Spiritum Sanctum (simpliciter ita dicti) proprium ponit irremissibilitatem (Theol. Reu. T. I. §. 1394.) 2) Quæritur de causa. Respondeo, peccatum in Spiritum S. (simpliciter ita dictum) irremissibile esse, quia inuoluit perseuerantiam finalem in ἀπιστία. 3) Excipitur: aliis peccatis e. g. libidini, furto, etiam interdum adhaerere perseuerantiam finalem in ἀπιστία: esse igitur hæc pariter irremissibilia. neque adeo 4) irremissibilitatem esse proprium peccati in Spiritum Sanctum. Respondeo, 5) differentiam in eo positam esse, quod perseuerantia finalis pertineat ad essentiam peccati in Spiritum S. (simpliciter ita dicti) quod in aliis peccatis secus se habet; unde 6) fiat ut irremissibilitas sit peccati in Spiritum S. attributum, non item aliorum peccatorum 7) Huc redeant, quæ dixi Theol. Reu. T. I. §. 1395. schol. ad quem prouocavi locum T. II. §. 396. schol. 8) Ecce autem peruersum disputandi modum! Cum tam manifesta hæc sint, ut Cl. Hartmannus negare nequeat, me non posse me extricare, sed quaquaversum fluctuare, mihiq; parum constare, fingit; quod a veritate alienissimum est. Quin potius (pace Viri Doctissimi) ipsum non potuisse se extricare, hoc docent verba ejus, dum scripsit: *Est de essentia peccati in Spiritum S. quando vel quod ad finem vitæ durat. Sed pari ratione de essentia libidinis, quando vel quæ ad finem vitæ durat, est, ut ad finem vitæ durat: quæ differentia?* Ita enim non intellexit differentiam. Hæc vero in ea posita est 9) quod ad individualiter spectatam essentiam libidinis, quæ ad finem vitæ, e. g. in Cajo, durat, pertineat quidem, ut ad finem vitæ duret, sed idem ad essentiam libidinis, ut libidinis genera-



Etum (simpliciter ita dicti) proprium ponit irremissibilitatem (Theol. Reu. T. I. §. 1394.). Quæritur, porro inquit, de causa. Respondet, peccatum in Spiritum S. (simpliciter ita dictum) irremissibile esse, quia involuit perseverantiam finalem in $\alpha\pi\iota\sigma\iota\varsigma$. Si per peccatum in Spiritum S. simpliciter dictum intelligeret, ut hoc loco videri vult, generatim spectatum, et, secundum definitionem, inchoato et consummato, communem, profecto cum ipso Viro Cel. statuerem: et sic differentia inter irremissibilitatem hujus peccati et cuiusvis alius peccati fuisset manifesta, atque præter ea, quæ contra meam disputandi methodum, sine ratione loquutus est, in reliquis, quæ sequuntur, adducta infra lineam, me omnino consentientem habiturus esset Vir Excell., bene omnino acturus, si in his substitisset. At hoc perspicaci Viro omnino graue debuit esse, quia nimis acutus est, quin peruideat, eo ipso tolli ipsius distinctionem inter peccatum in Spiritum S. inchoatum et consummatum, pro iis quidem notionibus, quas supeditavit. Quid ergo faciendum? Terminis ludendum fuit, et simul ego peruersi modi disputandi et fictionum, contra manifesta (quæ tamen nonnisi verborum tricis et lusu vindicanda fuerunt), accusandus fui. Accusor! prætereaque ipse confusionis reus, et differentiam ipse non intellexisse, dicor: et, ut credas, mirum! adducuntur verba mea, sed ea, quæ CARPOVII mentem et fictam differentiam exponunt, quasi meam sstherent sententiam. Profecto non potui satis mirari eam disputandi rationem in Viro, quem disputandi methodi ingenuæ pollentem nouerit quisque. Probatur autem eorum, quorum accusor, imo, præter falsissime allegata, profertur, omnino nihil. Hinc refutatione, præterquam

generatim spectatae, non pertineat, sed sit in ea accidens; cum 10) ex aduerso ad essentiam peccati in Spiritum S. (simpliciter dicti) ut peccati in Spiritum S. nec tantum individualiter, sed generatim spectati quoque pertineat, ut ad finem vitæ durer, hiquidem alias peccatum in Spiritum S. (simpliciter dictum) non est. Sed desino plura verba facere, quia copiosius de hac re contra Virum Reverendiss. Engestromium disputavi (Sp. III. §. 14. 15. 16.) actum vero agere non opus est.

quam quod falsum et illicitum modum agendi, ostenderim, superferere possum. *Verborum autem lusu et tricis rem extricare voluisse virum, hoc clarius elucescet, si comparaueris, ad quod provocat Sp. III. §. 14. 15. 16. et quem ibi citatum legis, §. 12.* Deprehendo enim *citato loco*, quae explicationem, cui assensum praebere volui, omnino desiruunt, neutiquam admittunt, sed demonstrant, nullo se modo extricare posse Virum Exc. Dicit enim §. 12. *Spec. III. Peccatum in Spiritum S. simpliciter dictum sibi idem esse, quod peccatum in Spiritum S. consummatum.* Non solum ergo in pristina recidit, et nunc explicatio, quam dederat, non modo est nulla, sed etiam in novas tricis incidit. Dico *pristina recurrere, et explicationem datam eo ipso cessare.* Nimirum si substituas *omni loco* in adductis infra lineam verbis, ubi *simpliciter dictum* ponitur, quin imo ubi *generatim spectatum* nuncupatur, peccatum in Spiritum S., terminum peccati in Spiritum S. *consummati*, nihil hic noui habebis, sed solummodo repetitas hypotheses, contra quas disputavi, et pro refutatione eorum, quae opposui, omnino nihil. Faciam, hoc lectorum intelligat quisque, simulque *novas* ostendam, in quas Vir Doctissimus praeceptus est *tricis*. Et ut eo luculentius fiat, singula (vid.*) percurram: *Ad 1)* respondendo, hoc verum esse, si peccatum in Spiritum S. simpliciter dictum idem sit, ac generaliter dictum, abstrahendo ab eo, qua inchoato, et qua consummato. Has enim species peccati in Spiritum S. nullibi Saluator docet. Quod si autem peccatum in Spiritum S. *simpliciter dictum* idem esse debet, quod *consummatum*, et ex sententia quidem Cel. CARPOVII *post mortem* demum ponendum, cur diceret Saluator, quod illud non remittatur *in hoc mundo*? *Ad 2)* dico: si *simpliciter dictum* idem est, quod *consummatum*; rationem eam, ut incongruam nolim praedicare, certe esse omnibus peccatis ad finem vitae continuatis communem, secundum demonstrationem eam, quam dedi in *Diss. Inaug. P II. §. XLIII.* et subiectis infra lineam *sphi praef. initio* citati *sphi Diss. verbi*, quae etiamnum hoc loco sufficit, confitendum est. *Ad 3.* regero: Dum Cel. CARPOVIUS peccatum in Spiritum S. diuidit in *inchoatum* et *consummatum*: Inchoato, autem conuenire per-

fuisse-

29
27
26
25
24
22
21
20
19.58
18.34
17
16
15
14



seuerantiam finalem negat, eamque soli *consummato* competere dicit: Peccato in Spiritum S. competit *perseuerantia finalis* & tribui potest tantummodo particulariter sumto, adeoque interdum tantum illi prædicatum hoc competit et hinc pariter non valet de ipso vniuersaliter dicto, quod sit irremissibile, aequè ac de reliquis peccatis non valet vniuersaliter. Ad 4) neutiquam est proprium, sed commune, secundum scilicet Cel. Carpouium, qui inter inchoatum et consummatum distinguit, et, quod magis est, est tantum *accidens prædicabile commune* secundum ipsius Viri adferat. Ad 5) hoc falsum est ex hypothesi, quia peccatum in Spiritum S. simpliciter dictum est idem, quod consummatum. Quia enim peccatum in Spiritum S. consummatum est, quod *perseuerantiam finalem* connexam habet: substitue hanc definitionem pro definito et habebis hanc propositionem longe verissimam: *perseuerantia finalis pertinet ad essentiam peccati in Spiritum S. quod perseuerantiam finalem connexam habet* (quodlibet enim dum est, est). Hoc adeo euidens est, vt linguam non possit callere, qui non intelligat. At alia peccata e. g. *libido* quamuis non semper (quemadmodum, per dicta num. 3, nec peccatum in Spiritum S.) *perseuerantiam finalem* conjunctam habeant: quia tamen interdum habent: cum ergo habent, nonne habent? Omnino. *Quodlibet enim dum est, est. Ergo perseuerantia finalis pertinet ad essentiam peccati cuiuscunque.* (e. g. *libidinis*) quod *perseuerantiam finalem* connexam habet. Hoc iterum eo usque clarum est, ut apertissima adsit contradictio, ni concedatur. Dum enim sumitur ad finem vitæ durare, non potest non ad finem vitæ durans concipi: Quemadmodum, dum peccatum in Sp. S. sumitur ad finem vitæ durare (sive consummatum), non potest non ad finem vitæ durare. Vt itaque *perseuerantia finalis* ad essentiam unius (vt talis concepti) pertinet, ita ea etiam ad essentiam alterius (vt talis concepti) pertinere debet. Quod ergo in aliis peccatis secus se res habeat falsum est ex hyp. Q. E. D. Ad 6.) Quid? *attributum* peccati in Sp. S. ex hyp. nullatenus: sed tantummodo peccati in Sp. S. *consummati*, siue, cum illud ad finem vitæ durat. Eodem modo autem est

est

est etiam attributum aliorum peccatorum, cum scilicet tanquam ad finem vitæ durantiæ sumuntur. Rectius autem in vno æque ac in altero diceretur *modus, sive accidens* prædicabile (per hyp. quæ peccatum in Sp. S. dispescit, secundum notiones CARPOVIANAS, in *inchoatum & consummatum*, & definitionem *modi sive accidentis prædicabilis*). Ad 7.) Eo profecto redeunt; et hinc etiamnum vera sunt, quæ contra disputavi *Disp. Inaug. l. c. Ad 8.)* Ea, qua arte dicantur, vidimus initio *Sphi præf. Ad 9.)* Retillissime! *Ad 10.)* Estne peccatum in Sp. S. *simpliciter dictum*, idem, quod peccatum in Sp. S. *consummatum* (vid. *Spec. III. §. 12.*? Et nonne *consummatum* est, quod *ad finem vitæ durat*, siue *perseuerantiam conjunctam* habet (vid. *spec. I. §. VII. 5. & Th. dogm. P. I. 1395.*)? Ergone itaque tantum ad *essentiam* peccati in Sp. S. pertinet *perseuerantia finalis*, cum *illud ad finem vitæ durat*? Ni tollere omnes adhibitas ideas velis, concedendum est. Non itaque pertinet ad *essentiam* peccati in Spiritum S. ut *peccati in Sp. S.* sed tantummodo ut peccati in Sp. S. *consummati*, ut peccati in Sp. S. *quod ad finem vitæ durat*, ut peccati in Sp. S. *sub hac individuali determinatione* (non enim omne ad finem vitæ perdurat, quia *inchoatum* non perdurat) spectati, ut *individua-liter* non generatim (sic enim de *inchoato*, quod etiam non admititur) spectati, siquidem *alias* peccatum *consummatum* in Sp. S. non esset. Vides itaque his, num. 10. a Cel. CARPOVIO prolaris, nullam inesse veritatem, nec ullam se extricandi scientiam. Nimirum, an *inchoatum* an *consummatum* sit peccatum in Sp. S.? hoc tantummodo pertinet ad ejus *determinationes modales individuales*, neuiquam *generis essentiæ* ingreditur, secundum hyp. quæ ita diuidendum et definiendum jubet, ut a Cel. CARPOVIO factum. Quando itaque irremissibilitatis ratio *ex consummatione*, siue *duratione ad finem vitæ*, deriuatur, ex *individuali* determinatione derivatur, quæ *reliquis* peccatis, quæ *ad vitæ finem* continuantur, ut *ralibus*, pariter competit, hinc *modus*, idemque *communis*, est, non *attributum* peccati in Sp. S., quod quippe ex *essentiæ generali*, *inchoato & consummato communi*, deriuandum esset.

Nec

22
27
26
25
24
23
22
21
20
19
18
17
16
15
14

Nec ulla se ratione extricare potest Vir Præcell. Equidem in Disputationibus *Anti-Eugesbroemianis* ita effugere nititur, ut dicat, consummatum demum *integrum* esse, inchoatum *nondum esse integrum* peccatum in Sp. S. At hoc vel ad *gradus* respicit vel ad *partes essentielles* (integrales enim hic nuncuparentur minus recte). *Priori* casu falsa ponuntur, quia in omni gradu debet jam essentia rei, cujus gradus est, supponi integra, nec gradus *integritatem*, seu integrationem, integralitatem, potius, sed *integrorum differentiam numericam* constituunt. *Posteriori* casu equidem vacillat Vir Cel. & modo *essentiale modo* attributum peccati in Sp. S. eam perseverantiam finalem constituit, modo *propter divisionem ejus in inchoatum & consummatum* vel tanquam modum considerare, vel inchoatum, quod dicit, jam esse peccatum in Sp. S., diffiteri, tenetur. Quomodo, quaeso, vlla se ratione extricare possit! Secundum autem Scripturae & Salvatoris doctrinam omnia sunt in vado. Malitiosa veritatis evangelicæ, cum conuictione agnitæ, negatio & oppugnatio atque blasphematio, quam primum ponitur, omnia ea continet, ex quibus distincte concipi potest, ejusmodi peccatorem, omnia gratiæ & conuersionis media certissime rejecturum esse ad finem usque vitæ, adeoque nec conversum iri, consequenter nec remissionem obtenturum esse, nec, dum talis est, *obtinere posse*. Ex definitione itaque illius peccati consequitur & irremissibilitas peccati, & perseverantia finalis peccatoris in eodem, *neutiquam* tamen *per essentiam hominis aut per generalem conditionem naturæ hominis corruptæ* necessaria, ergo nec *absolute necessario* ponenda, sed *ex principio certitudinis & ex facto* solummodo deriuata necessitate; vt sæpe docuimus. Hinc nullæ tricæ, nulli anfractus, plana peruique sunt omnia. Inchoatum interim & consummatum si dicere velis peccatum in Sp. S. discrimine *solo* desumpto ab *initio* durationis & *ultimo* hujus vitæ actu, non refragarer. In vno tamen æque ac altero casu *essentia* peccati ponenda esset, quam diximus, *integra*. Et consummatum in hac materia non *ultra hanc vitam* extendendum esset. Quamvis enim reatus etiam in statu post hanc vitam durer, is tamen status non est satisfactionis objectum, adeoque huc non pertinet.

§. 27.

§. 27.

Quae Cl. Auctor Obs. et Dub. quoad has tricas, quibus extricare se non potuit Cel. CARPOVIUS, pro eo defendendo adduxit, ea cuncta ad *impossibilitatem adplicandi satisfactionem*, peccatori in Sp. S. *tributam*, redeunt. Quam vero impossibilitatem cum plus satis euicerimus non esse *absolutam sed hypotheticam ex facto*; eo ipso etiam haec dicta iam refutata sunt. Obseruo tamen, *Virum Clariss.* ejusque dicta adprobantem Celeb. CARPOVIUM, simul asserere *transgressionem legis operum finalem et impenitentiam finalem esse unum idemque*, vt dicere amat ille, consequenter mecum consentire, vtrumque in propositione, qua aliquoties vsus sum, *non esse inter transgressionem legis operum finalem et impenitentiam finalem reale discrimen, quod in hac questione addendi mereatur.* Quodigitur monere volui, ne sine causa moueantur lites in iis, quae vtrinque conceduntur.

§. 28.

In his hactenus disputatis nunc omnino subsisterem, quia quae ipsam rem tangunt, ea satis pertractata, et, quae, contra refutationem oppositae mihi hypothesis, obmota fuerunt, satis diluta sunt. Sed adhuc vnum restat. Cel. CARPOVIUS suam hypothesein a *Particularismi* suspicione liberandam quaerit. Certe ego, si praestitum illud esset, vel praestari posset, gauderem. Nihil omnino contradicerem etiam tentamini huius liberationis. Sed cum *inuectivas* aliquot in illa defensionis parte contra me dederit; *declinandae* fuerunt *illae*. Pauca ergo, animo, cui nullam bilem mouerunt opposita, subjungam, lectorem remittens ad eos locos, vbi in his disputationibus *Particularismus inferendus fuit*, ejusque acutissimo iudicio remotam reliquens. Hoc tamen non possum non praemonere, me neuiquam Viro Cel. tribuere, quae ex hypothesis ipsius consequuntur. Fieri enim non raro solet, vt Viri, eruditione solida, ingenio, et acumine, praestantissimi incidant in *Sententias*, quas in se innocias habent, *consectaria* autem non semper sentiant, vel certe ante, quam exposita satis sint, remotu iudicent *faciliora*. Non ergo statim Vi-

F

rie

ris laudatissimis imputanda sunt, quæ quo minus respexerint, labor forte prohibuit. Prorsus improbanda autem foret ea agendi ratio, quæ & ipsum nocendi, vel nocentis occasionem præbendi animum spiraret. Nullum horum mihi unquam in hac materia in mentem venit, qui ad solam hypothesein ejusque confectaria, vnice respicio, maxime cum Viro opponam meditata mea, cujus laborem et solidam eruditionem maximi facio, cujusque scripta non sine voluptate evolvo.

§. 29.

Differentiam *primo* loco docet Vir Exc. inter conclusionem, quam ipse ex argumento MOLINAEI deducit, et quam *reformatus Doctor* inde coegit. Fateor differentiam. Quoniam tamen etiam reformati Doctores pro impenitentia finali et peccato in Sp. S. satisfactum negant: hinc in argumento præsentis et eadem conclusione et iisdem principiis vtuntur: momentum autem præfens, mitissima pronuntiabo, non sane istiusmodi est, vt conclusione, quæ mihi opposita est, admissa, non magna concilietur sententiae, quæ pro solis electis satisfactum docet, pro reprobis negat, species: Jam graue esse debere videtur, in eiusmodi principiis, et conclusionibus, cum illis sentire. Quam autem conclusio nobis opposita, cum illa falsa sententia si non consentiat, illi tamen proxima sit, id iudicari erit procliue ex *Pr. Pent. §. 14. 25.* et *Disp. 3. §. 7.* Sed ad ipsam rem a Cel. CARPOVIO propositam accedo, quæ *Spec. XII. §. VI et IX.* habetur: quæ enim incidenter occasione argumentorum dicenda fuerunt, ea suis locis jam explicata dedimus.

§. 30.

Dixi *Disp. citat. §. XLV.* quod, pro methodo explicandi minus exegetica, ex loco *Hebr. X. 26.* minus recte adhibiturus versus *28. 29.* potuisset aequè bene, ac negatam acquisitionem ex *v. 26.* collegit, Vir Cel. inferre, quòd etiam *affectus primæ commiserationis non pertineat ad transgressorem legis operum et transgressorem legis fidei scilicet finalem*, ideoque statuere cum supralapsarius. *Mira-*

tur

tur Vir Cel. dicta, cum ea ipsa sit sententia Apostoli, quae supralapsariorum a me dicta sit. *Deinde* demonstrat, mentem Apostoli esse eam, ut damnationem utriusque praenuntiet transgressori, quae itaque Calvinizans dicenda non sit. *Tandemque* recurrit ad consuetum effugium, quod pro peccatore utroque, in *statu post mortem spectatus* non sit praestita satisfactio. At vero, quantum ad *primum* et *secundum* attinet *momentum*, controuersiae statum mutat, dum non de praemissis, sed de conclusione, hujusque ex illis consecutione, quae quippe nulla est, quaestio erat. Praemissas esse Apostoli conceditur, Apostoli esse conclusionem, quod ad transgressorem legis operum et fidei finalem non pertineat, affectus primae commiserationis, eandemque ex Apostoli verbis fluere, negatur. In cassum ergo mihi obtruditur, quasi Apostoli mentem dixerim Calvinizantem. Quantum ad *ultimum*, omnino *durante lite* refugium inuenit, quo elaboreretur, Vir Cel. statum post mortem de quo in systemate suo nihil protulit. Et si protulisset, nec ullum tum, ut nunc, suae causae praesidium in eo habuisset. Namque de *statu post mortem* non esse quaestionem saepe dixi, quin potius impenitentiam finalem et peccatum in Sp. S. esse hujus vitae peccatum, et in ultimo vitae actu consummatum quoque, saepe docuerim. Quemadmodum autem necellum habent contrasentientes, ut *aliquem hujus vitae viaeque statum a* satisfactioe excludant, (Vid. Disp. 1. §. 13. Disp. 2. §. 5.), ita quoque necellum habent, ut aliquem hujus vitae statum non esse affectus primae commiserationis objectum statuunt. Quod falsum et supralapsariorum hypothesei proximum est, quemadmodum ex dictis *Pr. Pent. §. 14.* et *Disp. 3. §. 7.* intelliget quisque, et ipse quoque Cel. CARPÖVIVS, per ea quae in ipsius Demonstratione ex *Th. Dogm. P. I. §. 392.* superius *initio §. 26.* adducta, notauimus, quaeque iis, quae *Pr. Pent. §. 14.* diximus, simillima sunt, concedere debet. Ad statum autem *post hanc vitam* non pertinere *affectum primae commiserationis*, conceditur, *salua thesi nostra*, et nullo expectato inde, pro opposita hypothesei, *subsidio*.

22
 27
 26
 25
 24
 22
 21
 20
 19.58
 18.24
 17
 16
 15
 14



§. 31.

Sed nondum est illud, inquis, systema Supralapsariorum! Esse, nullibi dixi, sed solummodo, sententiam sequi *morem* supralapsariorum. Hi enim dum hominem, nondum ut peccatorem spectatum, jam reprobatum dicunt, non possunt ad illum referre affectum primæ commiserationis. Enimvero qui ad hominem, ut peccatorem spectatum, nullum effectum affectus primæ commiserationis ferunt, pariter non possunt ad ipsum referre affectum illum. Nunc qui pro impenitentia finali satisfactionem negant, satisfactionem pro reliquis peccatis in casum adferunt (P. P. §. 14. Dif. 3. §. 7. &c.) hinc nullum affectus illius effectum ad finaliter incredulum referre possunt: Ergo nec affectum ipsum. Et ex ea ratione videas Theologos adferere, quod Infralapsariorum Systema cum Supralapsariorum hypothesis coincidat.

§. 32.

Sed! quod mireris! *ipsa*, quam ego defendi hæcenus, *sententia Supralapsariorum systemati par est*. Quis unquam crediderit! Enimvero quis non ex ligno produxerit Mineruam sculptor! Testis est *Spec. X. §. 15.* Namque, *perinde est*, siue ponas Deum reprobasse hominem nondum spectatum, ut peccatorem, siue reprobasse illum spectatum quidem ut peccatorem, sed cuius omnia reliqua peccata una cum *avaritia* finali satisfactione Christi infinita, sublata sint. Nam pariter, siue Cajum nihil debere Titio, siue debuisse quidem, at fidejussorem Sempronium soluisse pro eo, ponas, nihil Titius a Cajo jure postulabit. Vtrinque ratio objectiva reprobationis et exactiois debiti deest. Sed reprobationis negare rationem objectiuam hoc est cum supralapsariis sentire. Ita Cel. CARPOVIUS! At vero millies dicta sufficiunt: non obstante satisfactione præstita, damnari infidelem propter non-adprehensionem satisfactionis pro transgressionem legis operum, & ipsa quoque non-adprehensione in hac vita, præstitæ: *quia impossibile est, sine adprehensione satisfactionem imputari, & post finitam hanc in infidelitate vitam, fidei & gratiæ non est locus, quia pro illo statu satisfactum non est; hinc necessum est*

ut posita non-adprehensione maneat peccator sub coeatu, quem transgressio-
ne et non-adprehensione satisfactionis meruit. Ar vero sic ponitur pro
gressus in infinitum! Sic potius non præstanda erat satisfactio! Ad
utrumque jam responsum est. Quam primum enim ad responso-
nem *necessario* ponendam peruentum est: cessat ulterior progre-
sus. De cætero conf. §. 1. 2. Satisfactio autem ponenda ni-
hilominus fuit, quia impossibilitas imputationis respectu homi-
nis non est in hac vita nisi hypothetica, neutiquam absoluta (vid.
Disp. 3. §. 22. Pr. M. §. 14. 18. al.) Exemplum vero a Cel. CAR-
POVIO denuo oblatum rectius constitutum habebis *Disp. 3. §.*
18. Cum itaque fidei absentia, maneat *ratio objectiua* reprobatio-
nis cum supra lapsariis nostræ sententiæ convenientia ficta est.
E contrario autem: Si satisfactum non est pro impœnitentia finali,
quamvis millies dixeris, satisfactum esse pro transgressione legis
operum, quia tamen ab impœnitentia, quam per naturam cor-
ruptam ad finem vitæ non poterat non seruare, hinc finali, non po-
tuit liberari homo, nec potuit satisfactionem illam pro transgres-
sione legis operum præstitam acceptare, consequenter nec
propter fidem, quæ locum habere nequit, saluari. Si itaque
saluetur homo, saluabitur sine ratione objectiua. Electio itaque
est absoluta. Nunc posita electione per absolutum decretum non
poteff non opposita reprobatio pariter esse per absolutum decre-
tum. Ergo: Si pro impœnitentia finali non est satisfactum; re-
probatio est absoluta. Vides itaque quam sit illa Majur falsâ,
quam in *noua pro sua hypothesi* demonstratione adhibuit Vir Cel.
l. c. *Si Christus satisfecit pro impietate finali, reprobatio est absoluta.*
Atqui falsum est posterius, E. prius. Argumentum enim per mo-
do deducta potius ita formandum erat: *Si Christus non satisfecit*
pro impietate finali; reprobatio est absoluta. Atqui falsum est po-
sterius. Ergo prius.

§. 33.

Argumentatis *Sph. præco* data ab electione absoluta con-
cludit ad reprobationem absolutam. Potest autem ea conclusio
alia ratione, inferri ex hypothesi nobis opposita. *Si enim quoque non*
satisfactum est, pro impœnitentia finali; non potuit secundum ea-

F 3

dem



dem principia, quibus uti sumus initio demonstrationis *Spb. prac.* in decreto reprobationis respici satisfactionis per impenitentiam finalem reiectio: Sed nec potest in decreto reprobationis respici satisfactionis per fidem finalem adprehensio, quae quippe non est reprobationis sed electionis ratio obiectiva: nec potest in illo decreto respici satisfactionis temporaria vel adprehensio vel reiectio, quia, ad finalem reiectionem, si ponendum esset, solummodo respici posset: hinc in decreto reprobationis satisfactio ad hominem ullo modo relata non potest respici: consequenter in reprobationis decreto nec homo ut redemptus spectari. Consideratur ergo porro vel ut lapsus, vel non, in decreto reprobationis. Si consideratur quidem ut lapsus, (non tamen, per dem., ut redemptus, & tamen reprobatur, per hyp.): habes systema Infralapsariorum. Si non consideratur ut lapsus nec (per dem., ut redemptus, & tamen reprobatur, habes systema Supralapsariorum: utrinque autem reprobationem absolutam. Ergo si non satisfactum est pro impenitentia finali; reprobatio est absoluta. Liceat nun nobis etiam hic in ferre: Atqui falsum est posterius. ⁷ prius.

§. 34.

Ultima adhuc dijudicanda est Cel. CAROVII sententiae suae a Particularismo defensio. Habetur eadem *Spec. XII. §. IX.* Dixeram: *quia non sint reprobi nisi finaliter infideles, pro his autem satisfactum non sit (ex hypoth); Pro solis electis satisfactum doceri debere secundum hypothesein illam mihi oppositam.* Vir Cel. perturbato aliquantulum animo, et affectu commotus, graviora quaedam adversus me dicens, maxime hoc agit, ut mutati status controversiae me reum faciat, arbitratus de finaliter infidelibus, sensu *specificativo* dictis, me ipsius sententiam accepisse, indeque consequentiam formasse. Hinc argumentum meum mox emendat, addita determinatione finaliter impenitentium, qua talium, et ex ita formato deriuari posse hypothesein, quae pro solis electis satisfactum docet, inficiatur: mox finaliter impenitentibus, qua talibus, spectatis, eosdem, qua viatores spectatos, opponit: mox majorem format, qui pro impenitentibus finaliter talibus omnino satisfactum esse negat, et subsumptione de reprobis facta, hinc conclusionem tum secururam esse dicit Calvinistarum

rum hypothefin falſam: eam autem eſſe ſuam majorem, hinc con-
 cluſionem, ſimpliciter negat. Ego vero doleo, Virum Cel.
 mentem meam non attigiffe. Quemadmodum enim diſtinctio-
 nem inter finaliter impenitentes *ſpecificative* et *reduplicative* dictos
 in tota Diſſertatione ob oculos poſitam habui, ita in hac conſequen-
 tia nullatenus neglectam volo, tantoque minus, quia reprobi ob
 impenitentiam finalem ſunt tales. Stabiliui autem ſimul in
Diſſ. inaug., quod, adſumpta ſententia, adhibitisque argumentis,
 quibus Vir Cel. pro impenitentia finali ſatiſfactum negat, ad-
 mittendum ſimul ſit pro reliquis hominis finaliter infidelis, vt
 viatoris ſpectati, peccatis ſatiſfactum non eſſe. Atque *hinc eſt,*
quod Calvinianorum ſententiam ex negata pro impenitentia finali ſa-
tiſſactione conſequi affirmaverim. Cumque praeterea in ipſa *Diſſ.*
Inaug. ſat manifefto docuerim impenitentiam finalem eſſe ho-
 minis viatoris peccatum, facile potuiſſet Vir acutiſſimus ſentire,
 illam, de hominibus viatoribus, exceptionem, quam, ut multo-
 ties alibi, etiam hic urget, contra me nihil quidquam valituram
 eſſe. Cum itaque, ut dixi, argumenti neruum non attigerit Vir
 Excell. ea autem, quo reſpexi, conſequentia modo dicta, a me
 ſepius, et pluribus, vna ratione in vindiciis hactenus expoſi-
 tis meis euoluta & etiucta ſit; *Pr. P. & Diſp. 3.* atque *Sched.*;
 etiam hac defenſione Vir Cel. aduerſus obmota ſententiam ſuam
 non tuetur.

Faſſus autem eſt Vir Praecell. in demonstratione, quam *Theol.*
Dogm. T. II. §. 392. exhibuit, quamque a nobis adhibitam leges (§. 26.
 ſi vel vnica remanſiſſet tranſgreſſio legis operum (ſcilicet ad hanc
 vitam pertinens), quæ hominem coram Deo damnabilem reddit,
 ſine ſatiſſactione pro eadem praestita; propter eandem damnabilem
 manſurum fuiſſe hominem. Inde ſequitur pro reliquis poſitam ſatiſ-
 ſactionem in caſſum poni. Ego porro ſufficienter probaui, impeni-
 tentiam finalem eſſe huius viae peccatum (*Pr. M. §. 4. 7. 8.*) eſſe tranſ-
 greſſionem legis operum, non obſtante, quod ſimul ſit tranſgreſſio
 legis fidei (§.). Hinc ſi pro impenitentia finali ſatiſſactio ne-
 gerur, per conſeſſam a Viro Cel. proſitionem conſequitur, factam
 pro reliquis legis operum tranſgreſſionibus ſatiſſactionem in caſſum
 adhiberi. Haec itaque ſub illa hypothefi admiſſa, non eſt niſi effu-
 gium, quo diſſentientium ſententia ſpeciem impetratura eſt, quaſi
 inter-

28
27
26
25
24
22
21
20
19.58
18.20
17
16
15
14



interuallo certo a Particularistarum hypothesi distaret, quod tamen obtineri nequi.

§. 35.

Quamvis ex his disputatis satis superque intelligatur, claudicare sententiæ mihi oppositæ a Particularismo defensionem: neutiquam tamen, quasi Particularismum foueant, a me dissentientibus imputatum volo. Dubio carentem potius sustineo fiduciam, quod vniuersalitatem meriti Christi et gratiæ, eamque ad omne hujus vitæ momentum se extendentem sincere credant. Hoc autem diffiteri non possum, quod systemati suo immista dederint, hypothesi mihi opposita, productisque, pro ea firmanda, argumentis, quæ cum reliquis, quas tuentur, doctrinis consistere nequeunt. Ex eo autem simul concipitur, prouocationem Viri Cel. ad demonstrationes, pro gratiæ miserantis, redemptionis, et vocationis vniuersalitate, reliquisque Caluino reformatis oppositis doctrinis, in *Theol. dogm. datas*, non posse hanc præsentem causam emendare aut contradictionem tollere.

§. 36.

Cl. Auctor Obs. et Dub. non alia ac modo remouit, Opf. et Dub. §. V. produxit. Speciali igitur ejus refutatione possum supersedere præsertim cum ad ea, quæ plura habet, jam in superioribus vindictis responsum sit.

§. 37.

Atque ex hactenus disputatis tandem etiam intelligitur, 1) vniuersalitatem redemptionis, gratiæ, et vocationis, admissa hypothesi mihi opposita, non nisi per contradictionem poni: 2) particularistas et Terministas insufficienter refutari: 3) Doctrinis, quæ fiduciam in redemptionem prorsus vniuersalem fundant, quæque vocandis et (re)uocandis peccatoribus ad poenitentiam inferuiunt, impedimentum poni (confer, quæ dicta sunt Diss. Inaug. P. II. §. 44 et 48). Unde porro, quibus tollenda sint, quæ in fine §. IX. *Spec. XII. Cel. CARPOVIUS* animo se defendendi, et *Auctor Obs. et Dub. §. V. num. 1. 2. 3. 4.*: animo sententiam meam oppugnandi, protulit, sufficienter intelligitur.

Sistimus hic pedem! sistimus litem! Deoque gratias persolvimus quas possumus humillima mente maximus, qui pro defensione veritatis vires benignissime suppeditauit, eundemque supplices rogamus, vt sua nos infinita gratia protegat, veritatisque amorem quem beneuolæ ipsius voluntati debemus, intemeratum custodiat, nostrumque hunc laborem sibi gratum esse, per meritum Saluatoris, benignissime velit!

TANTUM.

V I R O

NOBILISSIMO PRAECLARE DOCTO

ATQVE ORNATISSIMO

DN. MATTHIAE MVSSAEO

PHIL. ET S. S. THEOLOGIAE CVLTORI DILL-

GENTISSIMO OMNIQVE LAVDE


DIGNISSIMO

S. P. D.

P R A E S E S.

Artissimum, si amicitia neetere potest, quod, ex illo tempore, quo Ecclesiis praesse me voluit Benignissimum Numen, cum *Viro*, quem Patrem veneraris, quemque Ecclesiae, Suis, mihi, diutissime sospitem fertuare velit Rerum vniuersarum Gubernator Omnipotens & Omnisapiens, Viro Magnopere Reuerendo Doctissimoque JOHANNE CHRISTOPHORO MVSSAEO *Circuli Neo-Bucoviensis Praeposito Meritissimo, & Ecclesiae, quae Neo-Buconie habetur, Ministro longe Vigilantissimo Fidelissimo* que mihi semper fuit conjunctionis vinculum, hodiernum mihi diem pluribus vna rationibus reddit jucundissimum, quo, conscendentem *Te Vir nobilissime*, video Cathedram Academicam, spartam, quam nactus es *Respondentis* pro virili

virili ornaturum. Quam enim per illud temporis inter-
vallum, quo Academiam hanc Varno-Balticam Ciuis in-
gressus es, in acquirendis scientiis collocasti industriam,
quodque diligentia Tua, Tibi præstitit commodum,
quemque fructum, ejus hodie exhibiturus es publicum
specimen. Causam defendendam suscipis arduam gra-
uissimamque, eam, quam tueri maximopere conue-
nit, quibus reuelata veritas Deo et Redemptori sacram
excitavit mentem. Laudabili aggressus operam ala-
crite, quin finiturus sis cum insigni laude, nullus
dubito. Gaudeo ego de studiosissimo, quo arenam
conscendis T v o animo. Gaudeo de eximia, quam opti-
me rem tuam agendo *Magnopere Reuerendo* Patri excita-
turus es, voluptate. Gratulor ergo Tibi, hunc præsentem
diem atque laborem, atque vt felicissimis aliquando
euentibus Tuis omnia porrigat exoptatissima voueo.
Faxit Deus T. O. T. Q. M. vt diuinis instructus veri-
tatibus animo semper vtaris per Redemptoris gratiam
Deo sacro. Faxit, ut spiritualibus bonis satiatus etiam
in iis, quæ in terris nos circumstant, sorte semper frua-
ris iucunda felicissimaque. Vale mihi que faue! Da-
bam Rostochii e Mus, die IX. Octobris.





cl̄ōclxxvii; et Ioh. Creighton in commentario,
 hic: *De Brief van den H. Apostel Iudas ontleedet en*
 arlemi cl̄ōccxviii. Ex Pontificiis in eam com-
 : Augustinus de Quiros, societatis Iesu, in libro
 auorum cl̄ōcxxxviii secunda vice edito: Adamus
 ulgo Sasbouth, cuius *expositio epistolae Iudae* in operi-
 , Coloniae Agrippinae cl̄ōlxxxviii tertia vice
 is, exstat. Theoduli, Itali, *commentarium in Iudae*
 tum est bibliothecae Patrum, edit. Parisiis cl̄ōcix:
 ardentii commentarius in eandem exscriptus est
 ae Agrippinae cl̄ōcxcv. Henricus Lancelotus,
 us, scripsit in epistolam Iudae *anatomiam Christiani*
 ntwerpiae cl̄ōcxxxiiii: Franciscus Laurelotius
 cxii *exegetin in epistolam Iudae theologicam, catholicam*
 didit: Aegidius Radeus et ipse hoc in loco suum
 m foras dedit. est autem recusus Geneuae cl̄ōxc-
 ofius Ansbertus, vt vulgo, vel Autpertus, Bene-
 lanationes in Iudae epistolam dedit Coloniae cl̄ōxxx-
 olducius, Franciscanus, eam exposuit Parisiis cl̄ō-
 Martinez Segunti cl̄ōcxxxviii, ac Raphael Maf-
 nemadmodum alii volunt, Masseus, *explanationem*
 ae suppeditavit Venetiis cl̄ōlxxvi. Inter Soci-
 entarium in hanc epistolam conscripsit Ioh. Ludo-
 enius, Baro Austriacus, qui in *bibliotheca vnita-*
 poli (quod est fictum nomen) cl̄ōclvi edita,
 in eadem reperitur etiam *fragmentum commentarii in*
 , cuius auctor est Ionas Schlichtingius a Buko-

Iudae epistola. Offert se mihi et aliud praefatio-
 um. Nuper enim, in locum placidissime defun-
 atis Consulis KLVSMAINI, suffectus est vir Con-
 BLECHEN. qui adhuc ita praeclare, vti de vni-
 uersa

